TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1013**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Investiture
Freschi
di
Cucagna

1013

Tomo 30.
N. 2.

Libro de Investiture, de mi Zuane et Freschin, et cudraguess

Agosto 1881

Priuilegium Mag. et Nob. Dnorum De Freschis De' Luchanea legitimandi, et Not. creandi &c.

NOS FRANCISCUS NUNCUP. Frescus de Luchanea Natus Nob. et Egregii Militis Dni. Schinella de Luchanea Commitis Palatini Dei, et Imperiali gratia Sacri Imperialis Pallatij Lateranens. Commes Palatinus, Inter caetera ad actum Infrascriptum, et ipsum faciendi plenam habentes authem, pro ut de huiusmodi authoritate nobis Concessa publice patet, et clare constare dignoscitur quoddam publico, et autho Privilegio In Carta pergamena scripto, integro, et illeso, no viciato, non cancellato, non abraso, nec In aliqua sui parte suspecto, sed omni prorsus vitio, et suspitione carente, munito, et Roborato uero, et integro Sigillo olim Piae memoriae Serenmi, et Inuictissimi Principis, et Dni. Dni. CAROLI quarti Romanorum Imperatoris sep. Augusti, et Boemiae Regis, rotundo cera alba ad dictum priuilegium cum filis sinicis coloris nigri, et zalini pendente habentis In circulo infrascriptas litteras, Carolus quartus Diuina fauente clementia Romanor. Imperator Semper Augustus, et Boemiae Rex, Infra circulum uero, et in medio dicti Sigilli erat sculta quaedam imago cuiusdam Principis super Cathedra sedentis, habentis In manu Dextera Septrum Regale, et in manu Sinistra pomum cum cruce, à Latere ud sinistro erat sculpti duo clipei, in quibus sculpta erat imago

cuiusdam Leonis cum Cauda bifurcata, ab utroque autem latere prope dictos clipeos, erant sculptæ Imagines duarum Aquilarum Revolventium Rostra supra dictos clipeos, à parte vero posteriori dicti sigilli, erat Impressum quoddam aliud sigillum parvum rotundum de cera rubea, In cuius Circulo erant Insrascriptæ litteræ, videlicet, iuste indicate filii hominum, infra Circulum vero, et in medio dicti sigilli Erat sculpta imago cuiusdam Aquilæ ad modum volantis quasi volaret, cuius quidem Privillegii tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis.

In nomine Sanctæ, et Individuæ Trinitatis feliciter amen, CAROLVS QVARTVS Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, et Boemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Nobilibus Vlrico, et Schenello Militibus fratribus de Cuchanca Sacri Lateranensis Pallatii Commitibus suis, et Imperii fidelibus, et familiaribus dilectis, gratiam suam, et omne bonum, de vestra fidei, et circumspectionis Industria plenam habentes fiduciam. Vos, et hæredes vestros in descensu lineæ masculinæ sacri Lateranensis Pallatii Commites creamus, facimus, et pro ut melius possumus ordinamus, decernentes, et hoc Imperiali statuentes Edicto, quod omnibus Imunitatibus, Privillegiis, Gratiis, et libertatibus, Vti, et gaudere possitis, quibus cæteri Commites Pallatini comites palatini fieri ...t hactenus, seu quomodolibet potiuntur. Dantes, et concedentes vobis authoritatem, et Potestatem plenariam, Tabelliones, seu Notarios publicos faciendi, et eosdem cum pena, et calamario, ut moris est de

Tabellionatus officio Inuestiendi, dum tamen ad praticam, et Executionem eiusdem officij habiles eos noueritis, super quo uestras, et heredum uestrorum conscientias oneramus, Nec non instituendi Judices ordinarios Juxta sacratissimarum legum Legitima Instituta, et à Tabellionibus, ac Judicibus ordinarijs tempore creationis, et Institutionis eorum Infrascripta Juramenta Recipiendi, ut Tabellio Juret in hac uerba. Ego N. promitto, et Iuro, quod fidelis ero Ser.mo et Inuictiss.o Principi, et dno dno Carolo quarto diuina fauente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, et Boemiae Regi Illustri dno meo Gratioso, et omnibus successoribus eius Romanorum Imperatoribus, siue Regibus Legitime Intrantibus, neque umquam ero In consilio, ubi periculum eorum tractetur, bonum, et salutem eorum promouebo, damnum ipsorum pro mea possibilitate auertam fideliter, et Instrumenta, seu contractus quoscunque non scribam in papiro, seu Carta ueteri abrasa, sed in membrana, noua, et munda, Testamenta, codicillos, et quascumque ultimas uoluntates, Nec non dicta testium conscribam fideliter, et ea occulte seruabo, nullique pandam, donec debeant, aut mandato Judicis, seu alias Exigente Justitia Promulgabo, causas miserabilium personarum, nec non pontes, hospitalia, emendationem uiarum publicarum omni tempore promouebo, et officium meum Exercebo fideliter, non attendendo munera, odium, uel amorem, sicut me Deus adiuuet, et sancta dei Euangelia; Juramentum uero Judicis ordinarij erit In hac

verba .N. Iuro, et promitto, quod fidelis ero Ser.mo et Inuict.mo Principi, et d.no d.no Carolo diuina fauente clementia Romanor. Imperatori semper Augusto, et Boemiae Regi Illustri d.no meo gratioso, et omnibus eius successoribus Roman. Imperatorib. siue Regib. legitime intrantibus, neq. unq. ero in cons.o, ubi periculu eoru tractetur, bonu, et salute eorum promouebo, damnu eoru pro mea possibilitate auertam fideliter, et officium Iudicatus exercebo fideliter, nō attendendo munera, odium, uel amore, sicut me Deus adiuuet, et sancta Dei Euangelia, decernentes ex hoc Imperiali statuentes edicto, quod tabelliones siue Iudices ordinarij per uos creati, facti, aut instituti modo quo premittit. post. Iuramenta p(re)dicta p(re)stiterint, officia sua ualeant ubiq. locor. absq. Impedimento quoq. exercere, et operationes eoru uim habeant omnimoda, et uigorem. Praeterea autho.e Imperiali p(re)dicta, damus, concedimus, elargimur uobis, et heredibus uestris, ut p(re)mittit. Masculini, et legitime possitis, Bastardos, Manseres, Nothos, spurios, et quoslibet ex illicito, et Inconcesso, seu damnato coitu procreatos In uita, seu morte pa=rentum, ipsorq., et eoru quelibet ad legitima Iura reducere, et omne ab eis tollere macula genitur., ut officijs quibuscunq. praeesse ualeant, et ad actus singulos, publicos, et priuatos admitti ad instar

aliorū qui sunt de thoro legitimo procreati, et quod virtute
legitimationis huiusmodi in testamentis, et ab intestato
ad aequales succedant cū legitimis portiones, Non
obstantibus legibus Imperialibus, sive constitutionibus

quibuscunque quibus si, et
in quantū presentī nrae largitioni
adversari cen= sentur, de oia.
derogamus, et si de hijs Jur
vel consuetu= dine deberet
In presentibus fieri mentio
specialis, nulli Ergo omnino
hominum liceat hanc nostrae
caesarea con= cessionis, aut
collationis paginam infringere, vel ei quovis ausu
temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare
praesumpserit nostrae Maiestatis indignationem gravissimā,
et poenā centum Marcharum auri puri, quam ab eo, qui
confecerit, medietatē Camerae nrae Imperiali, et
Reliquā partem praedictis Vlrico, et Schinello, et
eorum heredibus iniuriā passis applicari irremissi=
biliter exigi volumus se noverit graviter incursurū.
Signum Ser^mi Principis, et dni dni Caroli
Quarti Romanorum Imperatoris Invictissimi,
et Gloriosissimi Boemiae Regis, Testes huius rei
sunt venerabiles Arnestus Praghen Archiepus,
Joannes Luthomuslen nostrae Imperialis aulae Canc.
Paulus Frisingen, Bertholdus Eystetten, Marquardus
Augusten Ecclesiarum Epi, Nec non Illustres Rubertus
Senior Commes Pallatinus Reni, et Bavariae Dux

Sacri Imperij, Archidapifero dicti Marchio Brandeburgen
Stephanus senior, Stephanus Junior, Federicus Comites
Palatini Reni, et Bauarie duces, Bolko Sibidiucen,
Bedalebrarus Sruusibiduceus, Henricus Bregens duces,
ac spectabiles Federicus Burgrauius Nurembergen,
Joannes Langrauius Lutemberger, Nobiles Ulrico de
hasenburg supremus Camere nre magister, Pesco de Janol-
bioz Bocho de Bzaslabioz, et Joannes de Voartéberg,
ac quamplures alij nostri, et Sacri Romani Imperij
Nobiles fideles presentium sub Imperiat. nre Maiestatis
sigillo testio Litterarum. Datum Nuremberg Anno dni.
Millesimo Trecenterimo Sexagerimo Secundo Indict.
quintadecima. xviij. februarij. Regnorum nostrorum Anno
Septodecimo, Imperij uero septimo.

Dilecto nobis Gasparutto pett. Nato prudentis Viri q
Antonij Notarij de Ciuitate Austria Aquit. dioc
olim q Francisci de Porrentibus de Mediolano salutem
In eo, qui est salus fidelium. Laudabile fore
decernimus, et consonum Rationi, ut quos Interdum
In legitimis actibus defectus Natalium Impedit
Legitimationis suffragio per Imperialem Authem
reparent. Sané pro parte dicti Genitoris tui
ex Qua nobis porrecta supplicatio continebat tibi,
ex dicto Genitore tuo soluto, et Luisutta
olim habitante In dicta ciuitate Austria q. Pauli
de Villalta Aquilegien dioc soluta genito Legiti-
mationis beneficium dignaremur super huiusmodi
Natalium deffectu Impartiri. Nos Igitur dicti

Genitoris tui, et tuis supplicationibus benignius annuentes
et considerantes, ac videntes te in viam virtuosam proces-
sisse, qui es aetatis circa quadragesimum annum, ac cognoscentes
verisimiliter te subiecisse monitis tui genitoris praedicti, ac
procedere, et sequi vestigia dicti tui genitoris, Te coram
nobis flexis genibus personaliter constitutum In praesentia
praefati Genitoris tui a nobis humiliter supplicantis.
Tenore praesentium Ex auctoritate per praefatum Serenissimum, et
Invictissimum dominum nostrum dominum Carolum quartum,
divina favente clementia Romanorum Imperatorem
semper Augustum, et Boemiae Regem nobis plenarie
attributa, et de suae plenitudinis potestate Concessa,
ut In privillegio hic supra inserto, Coram nobis, et
Infrascriptis testibus lecto constat clarius apparere,
Legitimamus, et ad omnes, et singulos actus legitimos
publicos, et civiles, honores, officia, et dignitates
Habilitamus, ac si fores de legitimo matrimonio pro=
creatus omnem Geniturae cuiuscumque generis existeret
maculam penitus abolendo. Imponentes tibi in digito
manus tuae dexterae quendam Annulum Aureum, quem
In nostris manibus habebamus in signum dictae legitima=
tionis. Decernentes, et Imperialis auctoritate praedicta
statuentes, quod tu de caetero tamquam legitimus, et de legitimo
thoro natus In bonis paternalibus, proprijs, et
feudalibus, tam mobilibus, quam Immobilibus, parentum
Cognatorum, et Agnatorum acquisitis, et acquirendis

ex Testamento, uel ab Intestato succedere ualeas, ac possis
sine tamē legitimor. preiudicio filior, qui unā tecū aequis
portionibus quis debent succedere parentibus, agnatis, et
cognatis, nō obstantibus quibuscūq legibus generalibus,
uel specialibus et si tales essent, que In omnib deberent
exprimi, uel de eis fieri mentio specialis, Et non
obstante lege, que legitimare spurios, et naturales, nisi,
ex certa sčia nō permittit, Hec Lege Imperiali In
authēntica, quib. mo. Na. efficiunt Sue. §. finali, et
In authēntica qui. mo. Na. efficiunt Legmi §. ultimo
cum sua materia, et sibi similibus, Et nō obstantibus
alijs quibuscūq legibus, constitutionibus, et Edictis
factis, et editis In contrarium, quibus, et in quantum
presentibus aduersare censentur ex certa nra sciēntia,
et de Imperialis culminis Potestate, et Authoritate
qua fungimur totaliter derrogamus. Nulli ergo
omnō hominū liceat hanc nostre Authoritatis, et
gratiae Paginam Infringere, uel ei ausu temerario
contrauenire. Sub pena grauissima indignationis
Sacre Maiestatis predicte, et nostre, quam qui con=
fecerit, noscat se penitus grauissime Incursurum,
In quorum omnium testimonium, et maioris Roboris
firmitatem presens Instrumentum, et Priuillegium fieri,
et scribi mandamus, et per Alexium Notm Instrumenti
ac nri sigilli appensione muniri. Datum, et Actum
In Utino Aquilegien Dioc In curia ultra uiam

Domorum nrae solitae habitationis die septimo mensis Julij, currentibus Anno Domini nostri iesu Christi, Millmo quadringentesimo uigesimo primo, Indictione quartadecima. cui quidem legitimationis, et gratiae, et dativi, et omnibus suprascriptis In conspectu nro Interfuerunt Nob. et honorabiles viri Dnus Joannes Natus q. Moysi de Nino ... & Nicolaus q. q. Andreae de Aleno, q. Nicolaus habitans In civitate Austriae filius q. Odorici. D. Vuolice de Cormono, magr Benevenutus Grammaticae Professor habitans In Glemona, Petrus Caius habitans In civitate Austriae quondam Joannis de Couoleto, testes ad haec vocati, specialiter et rogati, et alij plures In multitudine copiosa

1471.

Testamentum D. Simonis de Cuchanea,

In Christi Nomine Amen. Anno à Nativitate eiusdem Domini nostri Jesu Christi Millmo quadrigentesimo septuagesimo primo, Indictione quarta die autem martis Decimo septimo mensis septembris. Actum Utini In Androna Inferiori sancti Christophori, In Camera cubiculari Domorum, ad Censum solitae habitationis Nob. q. Conradi de Cuzzacho, praesentibus viro Nob. q. Paulo. q. q. Nicollussij q. Zanni de Nino, et discretis viris q. Bernardo Notario q. q. Jacobi à stella de Venzono, mo Candido cerdone Utini habitante ... q. Joannis mioni de Vulmetio, mo Michaele Sartore quondam Jacobi de colloreto pratis Utini habitante, mo Bernardo Sartore quondam q. Melchioris Lanarij de

stino, m.ͦ Georgio Cerdone olim Leonardi dicti maz de stino, et m.ͦ Pantbaleone cerdone olim m.ⁱ Iacomini bellani cerdonis de stino, testibus adhibitis, vocatis, et ab ore proprio subscripti testatoris specialiter rogatis, et alijs, etc. Ibique Nob. vir q. Simon olim Nob. q. Freschi de Cuchanea Utini habitans Sanus per Dominum, et gratiam Domini nostri Jesu christi mente, sensu, et Intellectu, et de Corpore, timens dubios, et Inopinatos mortis Euentus, aduertensque nihil fore morte certius, ac nihil hora illius Incertius, quae omnino cuiuslibet prudentis semper habenda esse infixa, et premeditata Iuxta uerbum domini In Euangelio dicentis uigilate, quia nescitis diem neque horam scilicet mortis vrae, desiderans quod dum In corpore mebris uiget quies, et ratio mentem regit quam, siquidem rationem saepe Langor conturbat, et non solum temporalium, uerum et sui ipsius Cogat ipsa Langoris vehementia obliuisci Condictionis humanae Ineuitabile dubium preuenire, nollensque ab Intestato decedere. Suarum rerum, et bonorum omnium dispositionem per presens hoc nuncupatiuum Testamentum, quod dicitur sine scriptis In hunc modum qui sequitur facere, et disponere procurauit. In primis uero animam suam altissimo, et omnipotenti deo, et dno nro Iesu xpo, ac beatissimae matri, et virginis sanctae Mariae, et toti Celesti Curiae humiliter, deuote, et cum Reuerentia

Accomittens, sui Corporis sepulturam ellegit, et esse voluit In Ecclesia Sancti Petri martiris de Arino In Capella Apostoli Gloriosi Sancti Jacobi In thumulo suorum predecessorum illud Ibidem Inmulandum fore, ordinans, In cuius Exequijs, et in ipsum ad Ecclesiam sociandum Interesse voluit, mandauit, et ordinauit Admodum fratres Ecclesiae, et Conuentus Sancti Petri martiris de Arino, et fratres Ecclesiae, et conuentus Sancti Franc.i della obseruantia de Arino, quibus fratribus Ecclesiae Sancti Petri martiris pro sociando ipsum suum Corpus ad Ecclesiam, et sepulturam pro missis cellebrandis, vigillijs Cantandis die obitus ipsius testatoris a die septaui, et trentesimi, ac In fine Anni dicti sui Anniuersarij satisfiat In pecunijs per suos heredes Infrascriptos, prout hactenus est consuetum, Eisdem uero fratribus Ecclesiae, et Conuentus Sancti Franc.i della obseruantia legauit danda, et Consignanda per suos heredes subscriptos frumenti staria duo In pane, ut cellebrent missas die depositionis sui Corporis, ac die septaui, ac trentesimi, et orare Deum patrem omnipotentem pro Anima sua, et In suorum remissionem peccatorum. Item Legauit predictis fratribus sancti Franc.i della obseruantia usque ad Annum Anni post decessum ipsius testatoris dandum, et consignandum In pane quolibet principio singuli mensis per heredes suos Infrascriptos frumenti starium unum, ut causam habeant missas cellebrare, et Deum pro eo exorare

pro anima sua, Item legauit, Voluit, mandauit, et
ordinauit quod bona, et terrena que fuerunt quondam ser
Honofrij, et quondam Aunichini fratrum Vini habitantium, de
quibus ipse testator se habere dixit usufructum ad
vitam suam, sint, et esse debeant honeste dominarum
Thomasie, et Collustrie filiarum suarum ipsius heredum
ab eis descendentium, et quod una ipsarum heredum
ab eis descendentium sine legitimis descendentibus,
moriente, quod altera superuiuens, et qui ab ea
descendentes succedant, et heredes remaneant,
exceptis tamen domibus sitis Vini in Androna
superiori sancti Christophori de quibus alias fecit
donationem inter viuos prefate domine Collustrie sue
filie, quam donationem firmam esse, et debere
remanere mandauit, et deinceps affictibus
preteritis, et denarijs mutuatis per ipsum testatorem
Massarijs bonorum predictorum quondam Honufrij, et
quondam Aunichini fratrum, quos legauit, voluit esse,
et debere peruenire heredibus suis subscriptis
et quod eos debere exigeri infra terminum, et
tempus sex annorum sequentium a tempore mortis
eiusdem testatoris, quolibet videlicet Anno partem,
et ratam. Item legauit suprascripte domine
Collustrie sue filie pro satisfactione sue dotis
alias sibi promisse bona, et terrena que alias

eidē Testatori In partem peruenerunt virtute Legati eidē Testatori facti ex q. Nob. D. Quarnina ret. q. Nob. viri Nicolai de Zuccho In suo Testamento scripto manu Mathei Notarij de Vtino, cum conditione qua sibi peruenerunt, que Bona seu Terrena sunt recta, vid. vnum Bonū situm In Mortegliano Rectū per Antm marias, pro quo soluit annuatim ad mensurā mercati vtini frumenti staria duo, Auene starium vnū cum dimidio, gallinas duo. Itē vnū bonū situm In Viuignano rectum per Leonardum del Saui, pro quo soluit annuatim ad mensuram affictus frumenti staria duo Auene starium vnum, Vini congia dua. Itē vnum Bonū situm In Villa de orsaria, rectū per Christophorū, pro quo soluit Annuatim ad mensuram affictus staria duo, Auena starium vnū cum dimidio. Itē vnum Bonū situm In villa Puzolei Rectum per Jacobum dt Cleri, pro quo soluit annuatim ad mensurā mercati frumenti staria quatuor, Auene staria quatuor, millei staria ***, Gallinas cum ouis duas: Item Legauit, voluit, mandauit, & Pheuda peruenta In sortē dicto Testatori ex diuisione facta cū fratribus suis, sint, et esse debeant pro Tertia parte Nobilis ser Nicolai Fratris ipsius Testatoris, pro Tertia Nobilis Jacobi sui nepotis, et pro Reliqua Tertia Nob. Christophori, et Thomasij fratrum et nepotum suorum. Item Legauit prædicto Nob. Thomasio

suo nepoti unum suũ Ronchũ situ super monte Budrij uocatum Ronchũ del pignul iux suos confines. Item legauit venerandæ fraternitati Ecclesiæ S.tæ Mariæ de castro Vini annuatim eidẽ dandos, et soluendos in quolibet festo assumptionis beatæ Mariæ per heredes suos subscriptos sup omnibus bonis suis solidos duodecim, et hoc quousqꝫ sui heredes subscripti dabunt, et exbursabunt eidẽ fraternitati libras solidorũ duodecim pro francatione dicti legati, quod facere ualeant quandocũqꝫ eis libuerit: In omnibus uero alijs suis bonis mob. et imobilibus, iuribus, et actionibus debitis, et creditis quibuscunqꝫ, tam pntibus, qꝫ futuris, sibi heredes universales instituit, et esse uoluit filios legitimos, et naturales Nob. Vini Jacobi sui nepotis, et tam natos, qꝫ nascituros, et eos ad inui=cem substituit, quibus sine legitimis masculis descẽ=dentibus, eisdẽ substituit, et succedere uoluit Nob. viros ꝗ christophorũ, et ꝗ Thomasiũ ipsius testatoris nepotes, et filios masculos ex eis legitime prouenientes, cum lege tamẽ, et condictione, qꝫ uendere alienarĩ, seu obligare nullatenus ualeant bona spectantia ad hereditatẽ ipsius testatoris, quod si fecerint, qꝫ priuati sint, et esse debeant omni hæreditate, et bonis ipsius testatoris, et ex nunc, pro ut ex tunc ipsis suis hæredibus supra expressis substituit

proximiorē, seu proximiores de domo Biusdē Testatoris
Inhibens, vetās, et Prohibens, & ipsi qui haeredes nullā
detrahere possint, aut valeant Legitimam Falcidiam, vel
Trebellionē dd bonis legatis In haereditate ipsius Testatoris,
sed portione eis remanent stare debeant, et contenti
remanere. Et hanc suā vltimā Voluntatē, et suū
Vltimū Testamentū dixit, et asseruit esse velle, quam,
et quod valere voluit Jure Testamenti, et si Jure
Testamenti nō valeret, Voluit, et mandauit valerē
Jure codicillor, qd si codicillor Jure nō valeret,
seu valere nō potest, Voluit, mandauit, et ordināt
valere Jure donationis causa mortis, et alio quocūqz
Jure vltimae Voluntatis, quo melius, et perfectius
valere, et tenere potuit, &c.

Et Ego Antonius à Fabris q. Philippi de Vino,
pub.s Imperiali auth.te Not.s supradictis omnibus
dum sic, ut promittitur, et fierent simul cū Testibus
praefatis praesens fui, eaqz omnia sic fieri vidi,
et audiui, scripsi, et publicaui, et In hanc publi-
cam formā reddegi, appositis hic signo, et
nomine meis debitis, et consuetis ad praemissorz
fidem valeat, et Testimonium Rogatus, et Requi-
situs &c.

Permutatio ꝗ Simonis cum ꝗ Jacobo.

IN CHRISTI Nomine amen, ANNO à Nativitate eiusdem Domini, Millesimo, quadrigentesimo, septuagesimo nono, Indictione xij.ª die uo sexta Julij. Actu in contrata Sancti Petri martiris In Refectorio, e Camera generalis, p̃ntibus ven. Sacre Theologie m.º Fratre Leonardo Ronduli, Fratre Antonio q. m.i Luca Cerdonis de dicto ordine fratrum predicatorum de Utino, et m.º Christophoro Carpentario q. Jacobi, et Vinc.º Contestabile ad portã Glemone q. Donati de Pergamo Utini habitante testibus ad hoc habitis, vocatis, et Rogatis. Ibique Nob. ꝗ Simon. q. Nob. ꝗ Freschi de Cucanea Civis Utinen., per se, suosque heredes, Dedit, Traddidit, et In concambium permutavit Nob. ꝗ Jacobo q. Nob. ꝗ Ioannis suo nepoti, pro se, suisque heredibus, aut cui hoc suum Jus dare voluerit Infrascripta bona etc. Primo unũ Bayarzium vocatum lu Bayarz Floria cũ Domibus muratis soleratis, cuppisque coopertis ipsi Bayarzio Contiguis Jacens per Puntebiam, situs In faedis, et eius pertinentijs, Iuxta viam Civitatis, Iuxta domũ, et Bayarziũ Nob. ꝗ Odorici de Zucchо, et franc.i eius fratris, et eorum nepotum Jacens per Cicchuttum de faedis iuxta Braydam Nob. ꝗ Franc.i q. ꝗ Vulvini de

valuasono recti p Dom Mathia Palzariu, et Iuxe Campu vocatu faydus Nob. q Iacobi Iusti de Zuccho, rectu per Iunicutta. Item vnu Bayarziu vocatu del barbier rectu p Bernardu Generu Dnici macellatoris de faedis, Iuxe domu, et Ronchu antedicti q Iacobi Iusti, rectus p Dom Vincen de faedis. Item Vnam Braydam Plantatam Vitibus, et Arboribus Recta per Ioanne Vincen situm In dictis ptinentijs de faedis Iuxe dictu q Iacobum q Freschi, Iuxta Braydam Nob. q Thomasij q Freschi Rectam p Antoniu Cuzzuttu de faedis, Iuxe Braydam filios q odorici, et q Franc: fium, et nepotu de Zuccho, Recta p m. Leonardu fabru, et fres de faedis, et Iuxe viam de Ziraco. Ite vnu mediu vocatu pontu situs In dictis pertinentijs faedis recti p Cazuttu, Iuxe filios q odoricu, fium, et Nepotes de Zuccho, Iuxe Nob. q Thomasiu ser Freschi filiu. Item vnu Terrenu situ In clapozana rectu per viz, Iuxe suos confines, pro quo soluit de affictu simplici vini congiu Vnum, edum vnu, agnu vnu, et libras sot. quatuor. Item vnu Terrenu In Pogliana, et eius pertinentijs rectu p Laurenzuttu de dicto loco, pro quo soluit de affictu simplici libras quindecim solidor, cuicus sedimini hij sunt confines,

Inxo D. Thomasius Filiciu, Iuxta Rivus Landri Pogliane Iuxta Terrenus rectus per Ioannes de Pogliana. Item unum aliud Terrenum situm ut sup., rectum per Ioannem de Pogliana cuius pedimini sui hij confines sunt, ab una parte est Rivus, á secunda est via publica, ab alijs Nob. D. Thomas de Freschi, quod Terrenum est proprium ipsius D. Simonis permutatum. Item unum aliud Terrenum, sive Mansu positum, et situm In Partistagno, et eius pertinentijs, rectum per mamlenos Iuxta Nob. D. Rizardus, et fres de Valuasono Iuxta D. Thomasius de Freschi, et Iuxta viam publicam, Item unum Sylvam sitam In dictis pertinentijs Partistagni, rectam per Ioannem Cicchutti, Iuxta suos confines. Item duo media Terre, recta per Iacobum Zuzoni sita In predictis pertinentijs Partistagni Iuxta suos confines. Item pratum Zumpicchie situm In partistagno, et eius pertinentijs Iuxta Nob. D. Iac.m Georgius de Valuasono, et Iuxta viam publicam, vel suos alios, et veriores confines si qui forent, vel reperirentur, que bona sunt, et fuerunt D. Bonios, et hereditate quondam Nob. D. Franc.i de Cucharea, et In parte pervenerunt ipsi D. Simoni etc. Ad habendum, tenendum possidendum, dandum, donandum permutandum Vendendum, alienandum, pro anima sua, et

Corpore Iudicendum, et quicquid ipsi Iacobo, suisque heredibus, aut cui hoc Ius suum dederit deinceps perpetuo placuerit faciendum, sine condictione dicti Simonis, sine alterius cuiuscumque persone, cum omnibus, et singulis Iuribus spectantibus, et pertinentibus ipsis bonis permutatis, tam de Iure, quam de facto. Constituens se idem Simon dicta bona, et terrena permutata, ut supra precario nomine ipsius Iacobi possidere, vel quasi donec ipsorum bonorum tenutam Intraverit, et possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi, et Inde sua propria auctoritate retinendi, licentiam omnimodam contulit eidem Iacobo, atque dedit, et hanc permutationem idem Simon fecit cum eodem Iacobo, quia e converso ipse Iacobus, Per se, suosque heredes dedit, tradidit, et In Cambium permutavit eidem Simoni pro se suisque heredibus, aut cui hoc Ius suum dederit Bona Infrascripta, videlicet unam Domum muratam, soleratam, cuppisque copertam sitam In faedis, et eius pertinentijs, Iuxta Nob. Franciscum quondam Valuini de Valucsono, Iuxta Odoricum, et Francesco fres de Zuccho, et Iuxta viam publicam. Item unam terrenam sitam In costa plana, vocatam per Mathiam de Sughipana, sediminis cuius hij sunt Confines, iuxta nob. Thomam Freschi,

Iuxta q. Iacobum Iustum, Iuxta uiam publicam. Item duo alia terrena sita In Reclusio, et eius pertinentijs, quorum unius hij sunt confines, Iuxta Nob. q. Iacobum Georgium de Valuasone, Iuxta unum Campum olim Cappardi de Reclusio, Iuxta Nob. q. Thomam q. Freschi, Iuxta uiam publicam, Alterius Iuxta unum terrenum q.m q. Iacobi Georgij de Valuasone Rectum p. Leonardum de Reclusio, Iuxta p.dictum q. Thomam à duabus partibus, et Iuxta uiam publicam. Item Unum terrenum situm In Zompicchia, rectum per Dominicum de dicto Loco, cuiusdimidij cuius hij sunt Confines, seu dicunt esse, Iuxta Ecclesiam sancti Leonardi eiusdem Loci, Iuxta Nob. ser Odoricum, et fratrem de Zucchò, Iuxta q. Iac.m georgium p.dictum, et Iuxta uiam publicam. Item unum campum uocatum Nauceos situm In faedis, et eius p.tinentijs plantatum uitibus, et arboribus, rectum p. Ioannem Sinza, Iuxta Nob. q. Odoricum, et q. Franc.m fr.es de Zucchò, Iuxta Braydum Vocatum Lerò, quae fuit olim Nob. q. Nic.i q. Freschi, Iuxta Campum vocatum de prie Nob. q. Iacobi Iusti de Zucchò. Item duo media terrae sita In dictis pertinentijs faedis, quae duo media uocantur de Ciarlin, Iuxta Nob. q. Odoricum fratrem, et Nepotes Circumcirca. Item medium Campum terrae uocatum de Nocce

sitā In faedis, et eius pertinentijs, rectū per Ioannē lineā
Iuxta terrena recta q.m Bartholomeus marangonus q. m.ri Bon
dì faedis, Iuxta heredes q. Nob. q Ropretti dnæ stella da
Utino, et Iuxta fossatum vocatum doria; Itē quoddā pratū,
siue partem prati rectū q. dictum Ioannē lineā, Iuxta
heredes dicti q. q Ropretti, Iuxta fossatum uocatum doria.
Item dimidium Campū terræ plantatum Vitibus, et
Arboribus situm In faedis, et eius pertinentijs uocatū la
mież di zili rectū q. q dictum Iom̄ lineā, Iuxta q dictum
m. Bartholomeum, Iuxta heredes dicti q. q Ropretti, Iuxta
Nob. q Iacobū q Freschi q dicti, et Iuxta viam Curizanā,
quæ Bona fuerunt de bonis, et Hæreditate q. nob. q
Freschi de cuchanea, et peruenerunt In partem ipsi
q Iacobo. Item unum terrenū situm In Ronchis,
et eius pertinentijs rectum q. clericum de Ronchis, cuius
sedimini hij sunt confines, ab una parte Iuxta novellū,
ab alia Iuxta terrenum venerandæ fraternitatis S.tæ
Mariæ Battutorum de Utino, et ab alia Iuxta Nobilē ser
Hieronimū de Partistaneo, et ab alia Iuxta viā publicā.
Item unū aliud terrenū, siue Bonum situm In
Reclusis, et eius pertinentijs, rectū q. Iac.m Contanattū
uocatum, sediminis cuius hij sunt Confines, Iuxta
Nob. q Simonē de cuchanea ab una parte, Iuxta
Nobilē q Iacobū Georgium de valuasono, et ab alia
Iuxta viam publicā ex tertia parte, uel Iuxta alios

suos ueriores confines si qui sunt, que bona sunt propria ipsius ser Jacobi. Ad habendum, tenendum, possidendum dandum, donandum, vendendum, alienandum, permutandum, pro anima, et corpore iudicandum, et quic quid ipsi ser Simoni suisque heredibus, aut cui hoc ius suum dederint perpetuo placuerit faciendum sine contradictione dicti ser Jacobi, sine alterius cuiuscumque persone, cum omnibus, et singulis ipsis bonis spectantibus, et pertinentibus, omnique iure, actione, usu, requisitione dominio honore, onere, quomodo, et utilitate modo aliquo spectantibus, et pertinentibus, tam de iure, quam de facto. Constituens se dictus ser Jacobus precario nomine dicti ser Simonis ipsa bona ut supra permutata possidere, seu quasi donec ipsorum tenutam intrauerit, et possessionem corporalem accepit, quam accipiendi, et in se sua propria authoritate retinendi, eidem licentiam omnimodam contulit, atque dedit. Promittentesque dicte partes sibi ad inuicem, una pars alteri, et altera alteri solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus pro se eorumque heredibus dictam permutationem, et omnia, et singula in hoc instrumento contenta firma, rata, et grata habere, tenere, attendere, obseruare, et adimplere, et non contrafacere, dicere, uel uenire per se, uel alium siue alios, aliqua

ratione, uel causa de Jure, uel de facto, sed ab omni communi, collegio, Ecclesia, vniuersitate, et persona qualibet In Jure legitime manutenere, deffendere, disbrigare, et uarentare, et specialiter casu quo ipse partes dicta bona q[uae] sibi ut supra permutata alteri persone obligassent, seu quouismodo alienassent ante huiusmodi permutationem, et non agere, nec alio modo litemque, aut questionem una pars altera, et altera alteri ullo unquam tempore non mouere, nec mouenti consentire, sed pena dupli eius de quo questio moueretur minus quinque soldorum veronensium paruorum In singulis capitulis stipulata, et promissa, qua soluta, uel non presens nihilominus Instrumentum, et omnia In eo contenta plenum obtineant Robur, atque perpetuam firmitatem, Pro quibus omnibus attendendis, et firmiter obseruandis dicte partes, videlicet una alteri, et altera alteri obligauerunt sibi ad Inuicem omnia, et singula eorum bona mob. et Immobilia, presentia, et futura cum reffectione damnorum omnium, et expensarum litis, et extra, ac Interesse, etc.

Et ego Franc.s q. Ciroiffeti q. Barth.i Not.i de Maniaco ciuis, et habitator Vini Impti authe. not.s suprascriptis omnibus, et singulis presens fui, eaque scribere scripsi, et pub.i meis hic signo, et nomine apposuitis In fidem omnium premissorum rogatus, et requisitus.

Donatio q. Simonis q. Jacobo.

IN CHRISTI Nomine amē. Anno Nativitatis eiusdē
Domini, Mill.mo quadrigentesimo octuagesimo. Indictē
tertia decima, die ueneris quartodecimo mens. Januarij.
Actum Vtini In foro veteri, In domo Nobilium de frescho
In Camera posteriori super stuffam, In qua Infrascriptus
Nob. vir q. Simō Infirmus Iacebat sup. quadam cariolla,
Presentibus Nob. et discretis viris q. Antonio quondā q.
Coradi de Brazzacho Cive Vtini, q. Petro quondā q.
Joannis de Zuccho, q. Joanne filio q. Thomasij de
Raynoldis de Vtino, magistro Christophoro Archario,
et Carpentario Vtini habitante q. Jacobi de Orgnano,
magistro Antonio Seredurario q. Venerutti de
Vtino, et m.o Joanne Spetiario de Vtino q. m.i
Petri Tamburlini de Amaro Cive Vtini, testibus
ad haec uocatis, et rogatis. Ibique Nob. vir q.
Simon q. Nob. q. Freschi de Cuchanea Civis,
et habitator Vtini, Dei Gratia sanus, sobrius mēte,
sensu, et Intellectu, licet corporea Infirmitate
Grauatus, sibi dē Coram dictis testibus, et me
Joanne Notario Infrascripto, per se, suosque haeredes
titulo, et ex causa merae, simplicis, et irre=
uocabilis donationis, quae dicitur Inter uiuos,
et nō causa mortis, quae nulla Ingratitudinis

cãua, uitio, uel offensa reuocari possit, dedit, tradidit, et donauit iure, libere mere, et simpliciter In perpetuum, attento grato, et ingenti Amore, diligentia, et beneuolentia, que, et quas habet, et gerit, ac semper gessit Nob. uiro D. Jacobo quondam Nob. uiri D. Joannis suo Nepoti etc fratre ipsius D. Simonis donantis, pro se, suisque heredibus, uel cui hoc Ius suum dare uoluerit bona Infrascripta, et primo omnia bona, que fuerunt quondam Nob. D. Nicolai sui fratris, que peruenerunt eidem D. Simoni In partem, et bona sita In Budrio, et eius pertinentijs, que fuerunt dicti D. Nicolai, ac partem domorum que fuerunt separatim D. Nicolai sui fratris, et omnia bona S. Chiareula, que fuerunt eiusdem D. Nicolai, et diuisa Inter ipsum, et alios de domo sua Iure proprij, et non Iure Pheudi. Item Mansos duos sitos In uilla de Buugrinis, et eius pertinentijs. Item Mansum unum situm In uilla, et pertinentijs de Bont, que sunt Iure pheudi talis Natura, que possunt alienari. Ad habendum, tenendum possidendum, dandum, donandum, uendendum, alienandum, permutandum, In solutum dandum, et pro Anima, et corpore Iudicandum, et quicquid dicto D. Jacobo, suisque heredibus, uel cui, aut quibus hoc Ius suum dare uoluerit perpetuo placuerit deinceps

faciendum sine contradictione dicti q Simonis donatoris
einsq' heredū, seu alicuius alterius persone, cum accessibus,
et egressibus suis usq in vias publicas, et Iuxta suos
confines ubicunq sint, atq cum omnibus, et singulis
que dicta Bona ut supra donata habent super se
Infra se, seu Infra se In Integrum omniq' Iure, et
actione, usu, seu requisitione, quibuscumque modo, honore,
honore, commodo, et utilitate sibi ex eisdē bonis,
seu ad ipsa Bona modo aliquo, spectans, et pertinens,
que omnia bona, ut supra donata, pfatus donator
se ipsius q Iacobi donatarij nōie constituit possidere,
donec de eisdē tenutam intrauerit, et possessionem
acceperit corporalē, quam accipiendi, et In se auctoritate
propria retinendi, pfatus q Simō eidē q Iacobo
licentiā omnimodam contulit, atq dedit. Promittens per se, suosq' heredes prefato q Iacobo pro
se suisq' heredibus stipulanti, et acceptanti prae=
dictam donationē, et traditionē, ac omnia, et
singula suprascripta perpetuo firma rata, et
grata habere, tenere, et non contrafacere, dicere,
uel uenire per se, uel alios aliqua rōne, causa,
dolo, malo ingenio, uel ingratitudine, aut offensa
de Iure, uel de facto, nec ipsam donationem,
Ingratitudine, uel causa aliqua reuocare, sub

pena dupli eius de quolibet uel questio moueretur, minus quinque sol. verorum paruorum In singulis huius
Instrumenti Capitulis, stipulata, et promissa, qua pena so=
luta, uel non Comissa nihilominus Instrumentum, et omnia, ac
singula in eo contenta In se plenum Robur obtineant,
atque plenissimam firmitatem. Preterea dictus Nob. vir
ser Simon q. Nob. ser Freschi In presentia dictorum testium,
et mei Joannis Notarij Infrascripti dixit, et asseruit, se
aliàs In suo ultimo testamento, quod valere uoluit,
et Intendit, Certum fecit legatum Nob. ser Christophoro,
et ser Thomasio q. ser odorici suis Nepotibus
de uno suo Roncho sito super Monte Budrij vocato
su Pignul, cum condictione, quod dicti ser Christophorus
et ser Thomasius fratres nullam litem mouere, nec
Inferre deberent Nob. ser Jacobo suo Nepoti, nec
heredibus ipsius ser Simonis In dicto testamento Instituti,
et cum condictione adiecta, quod si litem aliquam
eisdem ser Jacobo, uel heredibus suis Inferre
uellent, et facere, quod esse deberent priuati
tali legato, quam condictionem non reperit ee
notatam In dicto suo testamento. Ideo ipse nunc
declarat, uult, et Intendit, quod ipsa talis con=
dictio sit, et Intelligatur esse apposita, et
adiecta, quod si dicti fratres eisdem ser Jacobo, uel
heredibus ipsius ser Simonis In suo testamento
descriptis, litem, uel controuersiam Inferrent

uel in futurum inferre, aut facere voluerint, uel fecerint de dicto legato ipsius Ronchi dt. Pignal, sint omnino priuati, et huiusmodi dicit, exprimit, et declarat omnibus met. modo, via, iure, et forma, ac sic valere voluit, quibus melius utilius, et efficatius valere, et tenere potuit, et valeat de iur.
De quibus omnibus Rogavit me Joannem not.m infrascriptum ut de predictis publicum facere deberem Instrumentum.

.1480.

Suprascripto millesimo, et Ind.e die lune x.mo aprilis. Actum Belluni in Camino pallatij citatis hora, prntibus prouidis, et discretis viris ser Nicolao notario michuli, ser Petro notario a varis ser Ferando Not.o de Hieronymis, omnibus scribis, et cancell. curiae testibus, et alijs pluribus in pleno iuditio. Coram sp.li V. doc. dno Bonacursio de Ciuitate Belluni vicario, et vicesgerente Mag.ci et gnosi militis dni Joannis Hemmo pro nro Ser.mo duc. do. venetiarum pote et Ser. Julij Fourdenensis generalis sedens pro tribunali sedente pro iura reddendo ad eius solitum iuris banchum, Comp.t Nob. vir ser Jacobus q. viri Nob. ser Joannis de Freschi de cucharea ciuis Belluni, una cum Eximio V. doctore dno Antonio Tollutij eius

aduocatto, et proposuit, dicens quatenus olim Nob. vir d.
Simon q. Nob. d. Freschi Cattaneo suus dum viveret
certam fecit donationem vide d. Iac.° de nullis bonis
stabilibus, ut de donatione constat manu Jo(hann)is
Notarij de Pistoris, et ideo facta fide de predicta
donatione, petijt sibi assignari nuntios ad Intrandum
tenutam, et corporalem possessionem apprehendendi de
ipsis bonis donatis, ad cuius Instantiam Ego Jo(hann)es
Not. suprascriptus de notis meis produxi dona=
tionem ipsam, et de ea fidem feci scriptam sub die
quartodecimo mensis Januarij nuper elapsi, qua
donatione sic producta, et intellecta requisitione
dicti d. Iacobi, que rationi consona est, tribuit
d. Iacobo omnes, et singulos Precones, et Caballa=
rios Curie, et quemlibet In solidum concessit,
et assignavit ad ipsum d. Iacobum Introducendum, et
ponendum In tenutam, et corporalem possessionem de
dictis bonis, ut In Instrumento donationis suprascripto
specificatis latius Continetur, salvo tamen
Iure cuiuscumque persone. 1480.

Quibus supra proximo, millesimo, et Ind.e, die Jouis
quarto maij. Actum Utini In contrata S.ti Petri
martiris ante portam curie domorum d. Christo=
phori, et d. Thomasij de d. Freschis, ac quondam
d. Nicolai eorum Patrui, presentibus honorabilibus viris

q. Leonardo filio q. Antonij de Archolloniano, et q. Sebastiano. q. q. Thomasij dicti de Montefalcono de Utino, ac provido viro m.o Leonardo Carpentario. q. m.i Joannis Capitelis de Utino, testibus ad hec vocatis, et Rogatis. Ubi q. Franc.s Ungaranus praeco, et Nuntius Curiae Mag.ci D.ni Locti.s, volens exequi sibi commissa, Iuxta concessionem Mag.ci et gen.si Militis D.ni Joannis Stemmo pro Ser.mo Duc. Do. Venet. Patriae Fori Julij Locumtenentis generalis, sive qui vic. gerentis, capiens vectem hostij curiae dictae domus et dans In manibus viri Nob. q. Jacobi. q. q. Joannis q. Freschi civis Utini, tamquam Donatarij Nob. viri olim q. Simonis. q. Nob. q. Freschi civis Utini de parte domorum huiusmodi, quae fuit olim Nob. viri q. Nicolai fratris dicti q. Simonis, quae In eius partem pervenit, ac aliorum bonorum sibi donatorum, ut In supradicto Donationis Instrumento Latius continetur, ac ipsum hostium claudendo, et aperiendo, semel, secundo, et tertio, ut moris, et in talibus observatur, sic eundem q. Jacobum, ut supra donatarium de ipsa parte domus, et de omnibus alijs bonis, ut supra donatis In tenutam, et corporalem possessionem posuit, et Induxit, quam tenutam, et possessionem, ut supra traditam pre= libatus q. Jacobus dictus ibidem q. In Animo,

quemadmodum corpore acceptabat omnibus melioribus mo-
dis, Jure, et forma, quibus melius, et utilius scit, et
pot., Rogans me Joannem Not. infrascriptum, ut de predictis
publicum conficiam Instrumentum ?

Et Ego Joannes de Pictoribus q. nob. viri ser Jac.i Not.i
de Utino, pub. Imperiali Auct.e Not., ac Curiae Mag.ce
D.ni Locumtenentis Canc.s ac Scriba, suprascriptis omnibus, et
singulis Interfui, et ea Rogatus Scribere, scripsi, et
pub.ui meis signo, et nomine consuetis apponendo in
fide premissorum omnium, et singulorum ?

1481.

Investitura ser Jacobi pro morte ser Simonis.

IN CHRISTI Nomine amen: ANNO ab ipsius
Nativitate D.ni Millesimo, quadringentesimooctuagesimoprimo,
Ind. xiiij.a die xv. mensis Januarij - Actum Utini sub
Logia palatij, presentibus sp. et gen.s d. Franc.o Contar.o
Patriae Mariscalcho. d. Benedicto Venerio honorab.
Thesaurario Patriae, et Nob. viris ser Daniele de
Valentinis ser Daniele Raytimbergher de Tulmeto,
ac Eximijs Doctoribus d. Jacomino de Cancellis,
et d. Bernardino Bertholla, testibus ad haec con-
vocatis, ac alijs pluribus: Coram Mag.co, et
clar.mo D.no Jacobo Venerio Patriae fori Julij
Loc.te dig.mo pro Ser.mo et Ex.mo Duc. D.nio
Venetiarum Comparuit, et se presentavit vir
Nob. ser Jacobus q. ser Joannis de ser fresco de

Cucharea, et Exposuit ob mortē .q. Nob. ē Simonis de Freschis, et ē Nic.s sui Fratris eius patruorum Bona Infrascripta Pheudalia pro portione legitima ad eū spectā= tia devoluta esse, et Investiri cum Iuribus, et Iurisdic= tionibus illorum, et quemadmodū Investiti erant ipsi .q. Nob. ē Simō, et ē Nic.s ac tenebant, et posside= bant, de quorum Investituris Antiquis constant Privilegia Mag. Dnōrum Locumtenentium Patriæ, et sibi fieri devotissime petijt. Qua petitione humiliter facta per ipsum ē Iacobū, et intellecta per præfatum Mag.cum D. Loc.tem devotione, et fide ipsius Ser Iacobi quā habet, habueruntque sui progenitores versus Ill.mum Ser.mum D. Nostrū, secutusque eius honestam petitionē, et supplicationē ipsius ē Iac.i coram P.to Mag.co Dnō Loc.te flexis Genibus constitutū de Pheudis Infrascriptis, hoc est de Parte ipsi ē Iacobo legitimo spectante pro rata, et portione sua, cum Annulo suo solemniter Investivit, qui quidem ē Iacobus sibi delato Iuramento Vassallagij, et fidelitatis, Iuravit manutactis scripturis semper se fidelissimū futurū P.to Ex.mo Dnō nrō, et Rectoribus eiusdem, quémadmodum quilibet fidelissimus vassallum decet, salvo tamē semper Iure ipsius Ill.mi Dnij.

et omnium aliarum quarumcumque personarum, de qua Inuestitura ipse Magnificus D. Locumt. suprascripto Jacobo requirente mandauit fieri publicum Instrumentum, et priuilegium, salua tamen omni protestatione ipsius Jacobi, de qua In cedula dictorum Bonorum Pheudalium per ipsum praesentata Continetur, &

Bona de quibus supra Pheudalia &c.

Bona Pheudalia, quae fuerunt olim Nob. Simonis de Freschi mei Patrui, In primis Pars Castri Cucha=nea, et Pars Castri de Partistagno, cum omnibus villarum Infrascriptarum, et uille Faedis, Magredis, Sia, Zira, Ronchis, Reclusij, Zumpich, Canali de Grauo, Costa Plana, et Pogliana, et Bona Infrascripta, uidelicet In Faedis una Brayda uocata Lo Campo de trauerso; Item duo media, Item unum Campum Vocatum lo mezo de zili. Item unum aliud Campum Vocatum lo campo della Trezza, et pars unius prati, Rectum omnia haec per Tom. de Lenza. Item una domus de Muro, cuppis Cooperta. Item unum Bayarzium Rectum per Marcum. In Canali de Grauo, seu Costa plana Vnum Terrenum Rectum per Matthiam de Junchiza. In Reclusio, unum Terrenum Rectum per Petrum Plantanizza. Item unum Terrenum rectum per Jacobum eodem. Item duo Terrena Recta per Petrum cerdonem. Item unum aliud rectum per dominicum Chyon

In Zumpicchia unum Terrenum Recto et dominicum de Cathari. In Ronchis unum Terrenum Recto per dominicum dicto Cleri. Item unum aliud Terrenum recto de Zaccheo. Item partes nemoris de Sacabuslo, in Castignano dno Bayarzia cum aliquibus Sylvis, quae non fuerunt Partitae. Item unum Terrenum in Origliono, unum Pratum in Campeglio. Item partem Castri de Budrio, cum omnio, parita, et Jurisdictione, quam possidebat cum alijs suis consortibus de domo de Frescho,

Protestatur tamen dictus Jacobus, quod si in futurum ad eius notitiam pervenerit, quod dictus olim Nob. ser Simon eius Pater possiderit aliqua alia Bona feudalia, quod sit sibi salvum Jus addendi in hac Investitura,

Et Ego Joannes Cardulus Civis Janue publ. Imperiali Auctte notus, et in praesentiarum offi. Canc. supra-scripti Magci, et Cl.mi dni locumtenentis coadr. de eiusd. m.to, et ad requisitionem suprascripti Nob. quondam Jacobi de Freschi, suprascriptam Investituram ex autentico, et originali libro publicavi, et in hanc Publicam formam transcripsi, nil addendo, vel minuendo, quod habeat mutare sensum, vel Intellectum, Ideo cum originali in omnibus concordat in praemissorum fidem, nomen, signumque meum apposui consuetum

· 1482 ·

divisio bonorum q. d. Simonis Inter d. Iac. m. et d. Thomam et Christophorum [illegible]

In Christi nomine amen. Anno a Nativitate eiusdem
Domini Millesimo, quadringentesimo octuagesimo
secundo, Indictione quintadecima, die vero veneris
vigesima sexta mensis Julij. Actum Utini in Platea
In domibus habitationis m.ri Martarelli marzarij
In eius appotheca, presentibus honorabili d.no Benedicto
Filio Excell.ti artium, et Medicinae Doctoris d.ni
Magistri Hieremiae, Odorico q. Nob. d. Christophori
Aurifice de Cillalta Civibus Utini, m.o Martarello
marzario, sive Mazzarolo, Nico. de Regio
Napulitano Regno cons Utini residentibus ad praemissa
habitis, vocatis, speciatis, et Rogatis, et alijs,
ibique cum esset lis, et differentia per, et Inter Nob.
d. Thomasium q. Nob. d. Odorici Freschi de
Cuchanea, et d. Christophorum fratres, Agentes, et
petentes ex una, et d. Jacobum q. nob. d. Lodovici
Freschi et de Cuchanea eorumdem consanguineum
se tuente, et deffendente occone Bonorum
Pheudalium, quae fuerunt q. Nob. d. Simonis
d. Freschi, descriptorum In Investitura dicti ser
Jacobi ultimo loco accepta, Nec non duorum
Pratorum, quae fuerunt q. Nob. d. Nicolai ser
Freschi fratris dicti q. ser Simonis patruorum
Rottius Saluaroli Cōmissarior suor ibidē praesentiu, et consulentium, Jnuestiuit Nob. virum dnum Odoricum de Cuccbanea de sua pte feudi Villar Bunguini, et Bandi de Foroiulij, secūdum q dictus D. Odoricus fuerat Inuestitus à q dicto dno Guecellone d Camino, et secūdu q ipse nunc habet, tenet, et possidet, qui D. Odoricus ibidē Jn pnti Iuravit ad S.ta Dei Euangelia fidelitatē debitam dicto dnō Ricardo, q ut fidelis vassallus suo dnō tenetur, et debet, salua fidelitate antiquorū dnor suorum antiquiorum. Actum Jn Castro Serravalli Jn Pallatio supradi dni Riccardi d Camino, etc.

Ego Odoricus de Petro Imperiali autte notar.
his omnib Interfui, et scripsi rogatus.

· 1336 ·

In Christi Nomine amē. Anno Natiuit eiusdē Millmo Tricentesimo trigesimo sexto, Jnd.e quarta, die vigesimoquarto mens maij, pntib ven. viris. D. Fratre Guberto Abbate Montis Rosacens, Morando d Porot. Canonico Aquilegiens, et Azolino Viviani de Florentia testib, et alijs. Nob. vir Dominus Gerardus de Cucbanea procurator, et procuratorio noie Egrij militis dni Odorici Pauris qui ad infra Speciat Constitutus, ut de procurat.o huiusmodi

Aliud simile privillegium d dis Tillis

Constat quoddam pub.co instr.o scripto Anno, et Indictione,
pntib., die sextodecimo pntis mens. maij per me Gu=
bertinum Not.m infrascriptum; Constitutus Coram Nob.
Viro dno Lombardino de Coitia Vice comite
Caravatti, et aliarum terrarum q. d. Riccardi de
Comino superiori Curatore, ut dicebat ad haec spec.
constituto per Egregiam dnam, dnam Voridicem, relictam
q. d. Riccardi predicti, et Matrem, ac tutricem filiorum,
et heredum dicti q. d. Riccardi, Petijt se dicto
noie Investiri de Pheudis, que habet idem pater
suus á Domo de Comino. Qui d.s Lombardinus
considerans eius petitionem fore consonam rationi,
Ipsum dicto noie de predictis Pheudis et quam
congiora initiato, et legitime Investivit. Quibus
peractis predictus d.s Gerardus suo, et nomine quo
sup. prestitit dicto dno Lombardino noie predicto
Recipienti fidelitatis debite Iuramentum, quod vas=
sallus dno prestare tenetur, et debet, Ipse vero d.s
Lombardinus statim mandavit eidem dno Gerardo,
ut dicta Pheuda sibi in scriptis reddat, et assignet
hinc ad viginta dies proxime venturos. Actum Caravatti
In domo Bertholdi hospitis de dicto loco.

Et ego Gubertinus q. d. Rolandi de Homaz Me=
diolanensis Civis, pub.s Impli authoritate Not.s

premissis Interfui, et Rogatus hoc Instrumentum
Inde scripsi, et publicavi, etc.

.1336.

Privilegium domini odorici de villis Bandi, et Brugnino.

In Christi Nomine amen. Anno Nativit. Millo.
Tricentesimo, trigesimo sexto, Ind. quarta, die
quartodecimo mens. octobris, presente vero mo. Christoforo d.
Poho dei gratia Episcopo Lismens, Presbitero Alberto de
Laibaco, Nob. viris dominis Federico Savorg. milite,
Galvano de Maniaco, Rambaldo de Cavriaco Bertra=
mino de Mediolano Not. testibus, et alijs: Consti=
tutus In presentia Venerabilis Viri domini Fratris Ludovici
Abbatis Monasterij Sextens, Nob. Miles dominus
odoricus de Cucchanea supplicavit eidem, ut ipsum
pro se, et suis Heredibus de villis de Bando, et
Brugnins ad Pheudum rectum, et legale sicut illas dudum
habuerat, et tenuerat Investire Benignius dignaretur,
qui dominus Abbas eius supplicationibus Inclinatus,
credens, et sperans, quod idem D. odoricus, et sui
heredes fideles erunt sibi, et suo Monasterio antedicto,
Per se, suosque successores, ac nomine dicti sui monasterij
dictum D.m odoricum pro se, et suis heredibus recipientem,
de predictis villis, ac Iuribus spectantibus ad easdem
ad Pheudum Rectum, et legale eo Iure, quo illas
habebat, et tenebat et suum Scapullarium presentialiter,

et legitime Investivit, salvo Iure suo, et sui Monasterij antedicti, dictus vero D. Odoricus fidelitatem dicto Dno Abbati, et suo monasterio fecit, consimilis fidelitatis debitum tenuerit, quod vassallus dno suo praestare consuevit, et debet. Actum In monasterio predicto sub porticu Ecclesie.

Et Ego Simon fil. q. prudentis viri Iohannis not. de Louania pub. Imperiali auctoritate Not. et Commissus mihi facta per Magnificum et potentem D. Nic. Marcello pro Inclyta celsitudine venetorum Patriae Foriiulij locumtenente digni pro ut in notis olim q. Ubertini Not. et novae et eius iurisdictionis Girardi Patriarche Canc. Inueni, nihil penitus addens, uel minuens, quod sensum mutet, aut uariet Intellectum, fideliter sumptum Instrumentum scripsi, et pub. signo, nomineque meis appositis consuetis In fidem omnium premissorum.

Nos septem Deputati, consilium, et Comunitas Terre Utini, Universis, et singulis has presentes nostras lecturis, et audituris, fidem Indubiam facimus, quatenus Circumspectus vir ser Simon de Louania Cuius est nos. suprascriptus, qui suprascriptam Investiture Instrumentum, et notis. q. ser Ubertini Not. scripsit, et In suprascriptam formam reddegit est not. authenticus, et legalis, Bone Conditionis, et fame, cuius scripturis, et Instrumentis plenissima prestatur fides, In quorum fidem has fieri Iussimus, et

Sigilli Communitatis eiusdem impressione muniri. Dat. Utini die xxiij. Julij 1491. Indictione quarta.

Joannes Franciscus Filittinus
Civis Utini, et coadiutor Canc. sub.

1433.

procuratorum potest investituram Banchi et Bevignanorum ab abbate Sextensi

In Christi nomine amen. Anno Domini. Millesimo, quadringentesimo, trigesimo tertio Ind. undecima, die quartodecimo mensis Februarij. Actum in Ecclesia Beatae Mariae virginis de Sexto, ordinis S.ti Benedicti Aquileiensis dioc., presentibus Nob. et Egr. Legum Doc. d.no Monflorido de Cividat. q. d. Leonardi de Conegliano, ser Gottardo q. d. Joannis de Portunaone, daniele dicto mo= rafutto de Ravignana et domino Nob. q. d. Joannis Borberij de Padua, et Andreutio de marzana testibus vocatis, et rogatis, et alijs. Constituti Nob. viri d. Joan., et Nicolaus fres, et filij q. Nob. et sapientis viri d. Freschi de Cucchanea Utini habitantes suis nominibus proprijs, et tanquam procurat. nobilium virorum d. odorici, et ser simonis suorum, et filiorum dicti q. d. Freschi ad recipiendum infrascriptam investituram, ut patet sub. eo instrumento procurae scripto manu d. Marci Notarij filij q. m.i Jacobi pelliparij, sub millesimo, quadring.mo trigesimo tertio Ind. 11. die vig.o tertio mensis Januarij per me viso, et lecto, ac coram R.do in Christo patri, ac dom.

dno Thome de Saviolis decretorum doctore Abbati sextend,
Coram q(uo) dno Abbate humiliter, et benigniter Requirentes,
Vero dicti dni Joannes, et q Nic.s fratres nominibus quibus supra
dictum dnum Abbatem, ut sua potentia dignaretur ipsos
fratres investire de bonis suprascriptis, offerentes se
semper esse futuros fideles servitores, et bonos
Vassallos dicti dni Abbatis, suorum successorum, et sui
Monasterij, et q omnes de domo sua erunt fideliss.
Custodes ipsius Monasterij. Qui quidem D.s Abbas
Audita fama ipsorum Nob. fratrum, Cupiens acquirere
fideles vassallos, ipsorum supplicationibus inclinatus,
Per se, suosque successores, ac vice, et nomine dicti sui
Monasterij de consensu, et voluntate Religiosorum
dnorum virorum fris Marini q. Andreae de Cavirolla,
fris Gregorij de Duratio, fris Lois de Duratio, fris
Marci de Sagabria, fris dnici de Venetijs monacorum
Dicti monasterij ibidem pntum ad sonum Campane
congregatorum et ipse consentientium, Jure, recti, et
Legalis Pheudi Monasterij Supradicti cum Annulo suo
Aureo, quem in digito habebat, eosdem Nob. fres
q Jom, et q Nicolaum nominibus suis proprijs, et
nominibus suorum fratrum q Odorici, et q Simonis
pro parte eisdem tangente Vbidem cum dicto dno.

et eorum successorum, ac sui Monasterij, sed ipsa bona, et omnia, et singula facere, tractare, que gerunt honorem, et statum ipsius domini Abbatis, et sui Monasterij, et que quilibet boni, et fideles vassalli Domino suo facere tenentur, et debent, etc.

Ego Antonius natus q. D. doctoris domini Ludovici de Biscottis de Sacillo, publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Cancellarius Curie secularis omnibus supradictis presens fui, et scripsi, ac publicavi, etc.

·1339·

Anno domini Millesimo Tricentesimo Trigesimo nono, Indictione septima, die decimo septimo martij. In Saneto (?) sito In hospitio Madalgisij hospitis, coram discreto viro domino Zannino de Chizolis de Brixia Iudice Camere, Pulcio de Conegliano Guezellone de colle, Paulo Not. de Sacillo de Opitergio, Nobili viro D. Valtiero, Bertholdo filio Domini Bartholomei militis, Odorico q. Capitis de Spelimbergo, testibus vocatis, et alijs. Magnificus, et Potens vir dominus Riccardus q. domini Guezellonis de Camino Comes Cenetensis, tamque maior de domo Camini, Per se suosque heredes, et successores suos, considerans servitia, honores, onera, et fidelitatem, que q. Nob. vir, et Dns, D. Odoricus de Cuchanea, et Inscriptus dominus Gerardus miles eius natus dicte domui de Camino,

Privilegium domini Gerardi de villis, Bandi, et Burgnis a domino Camini.

Impedierint, et multas expensas substinuerint, et pati intendunt, dedit, investiuit, et tradidit Nobili Viro Domino Girardo militi de Cucbarea filio q. Domini Odorici militis Recipienti Vice, et Nomine suo, et suorum heredum de domo sua successorum Iure pheudi In perpetuum sine aliquo quitio, omagio, vel honore, Villis de Bando, et Bugnino, sitis In districtu fori Julij apud Valmentum, cum omnibus, et singulis Mansis, et Iuribus pertinentibus dictis Villis. Ad habendum dictum D. Girardum, eius heredes, et successores suos de cetero tenendum, possidendum, vendendum, tradendum, et dandum, locandum, et disslocandum, affictandum, et disfictandum pro Anima, et corpore Iudicandum, cum omnibus, et singulis, quæ dictæ Villæ Bona, et Mansi habent super se, Intra se, seu Infra se In Integrum, et quicquid de dictis Villis Bonis, et mansis de Iure, et de facto ipsi Domino Girardo, eius heredibus, et successoribus, et sibi pertinentibus à Cælo, usque ad Abissum, cum omni Iure, et Actione, Usu, seu Requisitione, servitute Dominio Utilitate, honore, onere, comodo pro Pheudo placuerit faciendum, quas Villas, bona, et Mansos sic Investitus dictus D.s Ricardus constituit præcario nomine possidere ipsius Domini.

Gerardo recipienti nomine quo supra ad sue beneplaciti
voluntatis, dans licentiam, et auctoritatem eidem D. Gerardo
intrandi tenutam dictorum Bonorum, et Corporalem possessionem,
quam ex nunc prout ex tunc eidem Concessit, et dedit.
Promittens dictus Dominus Ricardus nomine quo supra
cum obligatione omnium suorum Bonorum mobilium, et
immobilium, presentium, et futurorum, et Refectione dannorum
omnium, et expensarum litis, et extra, ac Interesse
dicto Domino Gerardo stipulanti nomine quo supra dictam
Investituram si datam perpetuo habere ratam, et
firmam, et manutenere, Authorizare, Garentare,
et deffendere, ac disbrigare ab omni homine, Univer=
sitate, collegio, Ecclesia, et persona, et non contra=
dicere, facere, vel venire per se, vel alios aliquo
Dolo, Ingenio, seu aliqua Causa Ingratitudinis,
vel offense revocare de Jure, vel de facto, sub
pena dupli pretionis movende. In singulis
huius Instrumenti Capitulis stipulata, et
promissa totiens exigenda Cotiens committetur,
qua pena soluta, vel non, nihilominus presens
sit firmum In omnibus Instrumentum.

Ego Stephanus Rigi dicti terre de Polunaconio
Imperiali Authoritate Notarius his omnibus affui,
et Rogatus scripsi

Privilegium ser Simonis, ser Thome et ser Jacobi de Castro Budrij

.1464.

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Ind. xij. die lune nono mensis Aprilis Utini In Camera Nova Residentie Mag.ci domini Locumtenentis; presentibus Egregijs doctoribus D. Nicolao de Spilimbergo, D. Georgio Michaeli Nobilibus viris ser Dosmo de Castello, et ser Girardo de Zoppo testibus, et alijs. Constitutus Coram Mag.co et clar.mo milite domino Jacobo Ant.o Marcello pro Ser.mo et Ex.mo duce domino Venetiarum Patriae fori Julij dig.mo Loc.te generali, Ser. ac Nob. ser Simon q. ser domini ser Freschi de Chucchanea, pro se, ac ser Jacobo eius Nepote, ac filio q. ser Joannis eius fratris, nec non ser Thomasinus pro se, ac fratre de ser Frescho, et Consortibus, Exposuit eidem Mag.co domino Locumtenenti qualiter pater ipsius ser Simonis, et fratres, aliorumque eorum maiores, et antecessores, seu Nob. ser Simon de Budrio, a quo ipsi habuerint ab antiquo, Recognoverint In Pheudum totam Partem Castri de Budrio cum omnibus Iuribus suis, Iurisdictionibus, et pertinentijs, prout In postis Thesauri diner

et fine, et forma, quibus in antiquis Investituris continetur, que Pheuda nunc spectant ipso supplicanti Jure successorio tamquam agnatis, et legitime descendentibus et proinde supplicavit se dicto nomine de dictis Bonis Investire, qua expositione, et supplicatione Intellecta, et attenta condecente supplicantium, et predecessorum suorum fidelitate, et obedientia praefatus Magnificus D. Locumtenens nomine Ex.mae Dominationis nostrae praefatum D. Simonem, genibus flexis recipientem humiliterque petentem, et reverenter suscipientem, pro se, et dictis D. Jacobo, et D. Thomasio, eorumque heredibus, et successoribus per Annuli impositionem benigne, et solemniter Investivit de dictis Bonis eo Jure Pheudi, et cum illis oneribus, honoribus, et preheminentiis, quibus in Antiquis Investituris Continetur, et In pactis thesauri. Salvo semper Jure Ex.mae Dominationis nostrae, et alterius cuiuscumque persone, qui D. Simon, et Jac.s et D. Thomasius ibi et presentes statim juraverunt fidelitatem sub. ...

Privilegium domini Thome de more domini Simonis

.1480.

In christi Nomine amen: Anno eiusdem Nativitatis, Millesimo quadringentesimo octuagesimo, Indictione tertia decima, die mercurii tertio decimo mensis Septembris. In Castello ... sup. prima salla,

presentibus Sp. D. Doc. Dnō Joēbapta de Soldo, de Brixia vicario Ins.mi Mag.ci Dni Locumten.tis Nob. et Sap. Viris s. Jac. de Castello, et s. Bucino de Strasoldo testibus, et alijs ad premissa habitis Rogatis, et vocatis. Ibique Coram Mag.co et clar.mo Dnō Jacobo Venerio pro Ser.mo et Ex.mo Duc. Do. Venetiarum Patriae fori Julij dig.mo gnali Locumtenente Constitutus Nob. et Sapiens Vir s. Thomas de s. Fresco de Consortibus Cucanea suo, ac s. Christophori eius fratris nomine, Exposuit, dicens per mortem eorum patris, nec non s. Simonis, et s. Nic. ipsorum patruorum ad eos tamquam legitimos, et propinquos successores, Jureque successorio spectare, et pertinere partem Castri, et Pheudorum de Budrio cum omnibus suis Juribus, et pertinentijs, ac (3) Jurisdictionibus quibuscumque ad ipsa Bona Pheudalia spectantibus, quemadmodum Continetur In eorum Antiquis, et novis Investituris, ac Thesauri scriptis, et alijs eorum pheudis, rectis legalibus, et Antiquis. Quamobrem Idem s. Thomas pro se, et dicto s. Christophoro eius fratre petijt, et supplicavit de ipsis omnibus Bonis Pheudalibus pro eorum Rata, et portione obvenientibus benignius Investiri tamquam Fideles Vasalli cum Juribus, honoribus, et oneribus ad ipsa Bona Pheudalia spectantibus, et pertinentibus. Qua Expositione audita, et Instantia Intellecta per ipsum

Mag.cum d(omi)num Locumtenentem, et visis dualibus Inuestituris
ibidem productis de huiusmodi Bonis Pheudalibus, una
sub Anno D(omi)ni Millesimo quadringentesimo sexagesimo
quarto Indictione decima, die Lune nono mensis Aprilis,
Alia In millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto Ind(ictione)
quinta, die Sabbati p(rim)o octobris. Habitaque diligenti
Informatione, predictos q(uondam) Nicolaum et q(uondam) Simonem decess-
sisse absque filijs Masculis Legitimis, et Naturalibus,
Cognitoque per ipsorum obitu vacare Bona Pheudalia
Per ipsos Tenta, et Possessa, et eorum ancessores,
Habitaque Insuper Informatione de Fidelitate, et
deuotione dicti q(uondam) Thome, et fratris erga Ser(enissi)mum
D(omi)nium n(ost)rum Venetiarum, et Nob. consortium de
Cuchanea, et suorum ancessorum spectantium, In eos semper
prosequi In eorum fidelitate. Idem Mag(nificu)s et cl(arissimu)s d(ominus)
Locumtenens no(min)e Ser(enissi)mi D(omi)nij n(ost)ri eundem q(uondam) Thomam pro
se, et fratre supplicantem, et humiliter petentem Genu
flexo coram eius Mag(nificenti)a existentem, de huiusmodi
Bonis Pheudalibus, et In notatis Iure recti, legalis,
et Antiqui Pheudi eisdem spectantibus, et pertinentibus
pro eorum rata et portione obueniente ipsum
gratiose acceptauit In suum Vassallum, et cum Anulo
suo benigne, et legitime Inuestiuit, cum omnibus
Iuribus, et oneribus suis, Saluo tamen Iure Ill(ustrissi)mi
Ill(ustrissi)mi Duc(alis) D(omi)nij Venetiarum pro Ecclesia Aquilegiensi

et alterius cuiuscumque persone. Postque in continenti idem ser Thomas in animam suam, et sui fratris iuravit in manibus ipsius Mag.ci d.ni Locumtenentis ad s.ta dei Evangelia se et semper fidelem Ser.mo d.o n.ro Venet. et suis Locumtenentibus, et revellare quidquid senciet ubique tractari contra statum Ser.mi dominij n.ri, ac fideliter servire in omnibus tamquam fidelis vassalli, ad que tenentur, et obligantur huiusmodi domini, Mandansque insuper prefatus Mag.s d. Loc. per me Thomam infrascriptum eius Vice Cancellarium publicum fieri instrum. de dicta investitura, munitum sigillo s.ti Marci sui magistratus, et ipsum ser Thomam induci debere in tenutam, et possessionem de dictis bonis ut supra continetur pro rata ad ipsos spectantem, et pertinentem.

Bona vero specialiter investita sub Millesimo quadrig.mo quinquag.mo septimo, tam ipsis ser Thomasio, et fratri, quam alijs de domo de Cuchanea eorumque antique familia supra inscripta. v[idelicet] iure recti, legalis, et Antiqui Pheudi Castrum Cuchanea cum Burgo, et quicquid habent circumcirca dictum castrum, et cum villa de Faedis, et cum domibus, et sediminibus domorum, ortis, Curijs, campis, pratis, sylvis, vineis, et cum piscationibus, et venationibus, et de toto eo quod

habent In Canali de Grauo. Item de Castro Partistagni
cum Burgo suo, et cum eo omni, quod habent circum circa
dictum Castrum cum domibus, sediminibus domorum, ortis,
curtis, campis, pratis, sylvis, vineis, et cum piscationibus,
ac venationibus. Item de omnibus Bonis, que
ipsi Consortes habent In villa de Ronchis, et In villa
de Poghiana, et In villa de Lauzzacco. Item de
terris Mansis situatis In villa de Ziraco. Item de
Castro de Zuccho, cum omnibus Bonis, Campis, Terris,
Vineis, et cum omnibus, et singulis Iuribus, Iuris=
dictionibus, oneribus, preheminentiis, dominio, et gastaldia
ad ipsa Castra, et villas, ac Bona que cumque Pheudalia
quomodocumque spectantibus, et pertinentibus cum illis oneribus,
Grauaminibus, ac eo Iure recti, et antiqui Pheudi,
cum quibus sui antecessores fuerunt hactenus inuestiti.
Vlteriusque in specialem dicti Iacobi de Zuccho,
et fratrum supplicantium, fuit eosdem Inuestitum
de Castellario Gramoghiani, cum omnibus suis
Iuribus, et pertinentiis, prout, et sicut In aliis
Inuestituris q. o. Petri eorum patris constat esse
Inuestitum, et generaliter de omnibus aliis particulis
Pheudalibus tam Nouis, quam antiquis, et non Comunibus
domini de Zuccho, Cucanea, Partistagno, et
Valuasono, tam Recognitis, quam non Recognitis,
si que reperirent, In quibus quomodocumque habuerint

notitiam, se offerens dare notitiam. Itē particulariter, et in particulariter q(uod) Nic.° et nepotum, ac q(uod) Nobili, et Iunn, ac nepotum eorum de Iurisdictione villa Visconi, Rivde, et Isnuchi ac Spilimbergū, et omnia alia, si qua reperirent. Itē in alia Investitura facta sub Mill(esi)mo, quadring.mo quarto, continet solum Investitura facta Nobilib(us) de q(uondam) Fresche, et non alijs suis Consortibus, v(idelicet) parte eorum Castri de Budrio, cum omnibus suis Iuribus, et pertinentijs. Item de uno Ronco vocato lo Broyli cum domibus de Palea, rect(o) per Nicolaum Alpanensē. Item de Cassina recta p(er) Iom. Sclauū Spē de posses.° vocata lo Pignol Renta p(er) Petrū Sclauū. Itē de Possessione vocata la Braydussa renta p(er) Iom. A Contrugno Sclauū, cum Syluis, Pratis, et Campis ad ipsas possessiones, et Bona Pheudalia spect(antibus), et pertinent(ibus), et alijs Bonis, si qua reperirentur esse bona Pheudalia ./

. 1 4 8 0 .

Tenuta D.ni Thomae et Comitis q. D. Simonis ./ Dictis Mill(esi)mo, et Ind.° die vigesimo m(en)s(is) 7bris, Ego Aloysius de cereis de Utino not.° et Canc.r In Canc.a suprascripti Mag.ci D. Locti(ene)s, et de eius mandato pro Executione suprascriptā Investitura, et Comissionis

mihi facta, accessi ad Castrum Budrij, et ibi posui
in tenutam, et corporalem possessionem sup(radic)tum Nob. D.
Thomasium q. Freschi nomine suo, et fratris recipientem de
Parte dicti Castri de Budrio cum suis iuribus, et giurisdit(ionibus)
Item de possessione vocata lo Broylo cum suis
domibus de palea desup(er) ædificatis Rectam p(er) Nic(olau)m
Albanesem. Item de una alia possess(ion)e vocata la
Cassina Recta p(er) Dom(ini)cum Sclauum ibidem habitantem. Item
de una alia possessione vocata lo pignol, tent(am)
p(er) Petrum Sclauum ibidem habitantem. Item de una posses=
sione vocata la Braydussa tenta per Ioannem de
connugno solitum habitatorem dicti loci cum syluis, pra=
tis, iuribus, et Capis ad ipsas possessiones, et bona
Pheudalia spectantibus, et pertinentibus quando in his
solitis, et consuetis consuetudinibus, dando eidem ser
Thomasio dictam possessionem suprascriptorum bonorum
iuxta tenorem, et formam sup(radic)tæ Inuestitura, cum
apprehensione possessionis omnium aliorum bonorum Pheudal(ium)
quemadmodum continentur in dicta Inuestitura saluo iure
cuiuslibet ad quam dictam immissionem possessionis Nobili D.
Contio de ciuitate Austriæ, D. Iosephe dardali not(ari)o Ciue
Vtin(ensi), m(agistr)o Blasio q. Nic(ola)i de porta villalta Vtini
m(agistr)o Iosepho de maniaco habitante Vtini, et Nic(ola)o clementis
de Villa de Budrio test(ibus) et alijs ad p(re)missa requisitis

— P. Ant(oniu)s de Azono Patauin(us) Canc(ellarius) sub(scripsit)

.1332.

Emptio D. Rizardi de Cuchanea à Dno Simone de Budrio.

ANNO Dni, Millesimo Tricentesimo, Trigesimo secundo Ind.e quintadecima, die nona, Intrante Januario. In Castro Cuchanea In Camera Dne Sophiae de Cuchanea q. D. Joannis, presentibus D. Presbitero Albertho Capellano D. Odorici de Cuchanea, Dnis Gerardo, et Hemigli de Cuchanea, ac Petro de Cremona Filio Josef de Tessibus, et alijs pluribus. Nob. vir Dnus Simo de Budrio quond. D. Henrici, Pretio, et Foro Ducentarum Marcharum Denariorum monetae Aquil., quod totum sibi plenius, et Confessus habuisse In se, et Integre recepisse à Nobili Viro Dno Riccardo de Cucchanea quond. Nob. D. Simonis, Renuntians Exceptioni sibi non dati, non numerati, habiti, et Recepti dicti Pretij Tempore suius contractus, et legum, ac Iuris Auxilio, tam Canonico quam Civili, Per se suosque heredes Vendidit Tradidit, atque dedit eidem Dno Riccardo, pro se, suisque heredibus, aut cui dari voluerit hoc suum Jus, Ementi, et Recipienti Totam suam Partem Castellarij de Budrio, quam habet, vel habere videtur cum sediminibus omnibus Domorum, Dompinialibus, Sylvis sitis In Budrio, vel In villa de Budrio, vel eorum pertinentijs, ac etiam mediam suam Mansum situm In villa de

Tissano, et alium medium quod Manco sitim In villa de Pavia, quorum unus Regitur per Zonasium de Tristano, alter vero Regitur per Laurentium de Pavia proprium iure proprij, et Pheudi iure Pheudi, et totam suam masnatam utriusque sexus, et generaliter omnia alia sua bona, mob. et Inmobilia quocumque nomine censeantur, que modo ad presens possidet dictus venditor. Ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, alienandum, permutandum, pro anima, et Corpore Iudicandum, et quicquid dicto Emptori, suisque heredibus, aut cui Commiserit de dictis Bonis deinceps supra scriptis, ac eorum et cuiuslibet placuerit de cetero perpetuo faciendum, cum domibus, Sediminibus, Curijs, ortis, clausuris, Bayarzijs, vitibus, Arboribus, planiciis, Campis, terris cultis, et non cultis, zerbis, pratis, Pascuis, Comugnis, vijs, Semitis, Fossatis, Aquis, Aquarumque cursibus, venationibus, Piscationibus, atque cum omnibus, et singulis que habent infra se, super, seu in se In Integrum, cum accessibus, et egressibus liberis suis, usque In vias publicas, omnique Iure, actione, usu, Requisitione Servitute, omnio, et honore, cómodo, et utilitate sibi de dictis, et pro dictis Bonis, seu ad predicta Bona omni modo quocumque spectantibus, et pertinentibus, Tam de Iure, quam de facto, et si dicta Bona plus

ualuerint p[re]tio numerato. Idem Venditor dicto
Emptori donauit donationis no[m]i[n]e, que dicitur Inter
uiuos irreuocabilis, que nulla Ingratitudine reuocari
Possit. que qdem Bona eide[m] Venditori se ipsius
no[m]i[n]e Emptoris Constituit possidere p[re]cario, donec ipe
Emptor, aut alius uice eius eoru[n]de[m] bonor[um] tenuta[m],
et possessione[m] Intrauerit, atq[ue] acceperit corporale[m],
qua[m] qde[m] accipiendi, autt[oritat]e p[ro]pria, et Retinendi,
deinceps eide[m] Emptori licentia[m] omnimoda[m] dedit.
Promittens memoratus Venditor p[er] se, suosq[ue] heredes
et cu[m] oblig[atio]e omniu[m] suor[um] bonoru[m], mobiliu[m], et
Inmobiliu[m], p[rese]ntiu[m], et futuror[um], et omniu[m] damnoru[m],
et Interesse, ac Expensar[um] litis, et eo[rum] refectione,
memorato Emptori p[ro] se, suisq[ue] heredib[us], aut cui
co[m]miserit stipulanti, dicta[m] venditione[m], donatione[m]
et singula In hoc Instr[ument]o contenta perpetuo firma,
rata, ac grata habere, et tenere, Ipsaq[ue] bona
omnia eide[m] Emptori, suisq[ue] heredibus, aut cui
Commiserit, ab omni ho[m]i[n]e, vniuersitate, collegio,
et persona in ro[m]ne legitime deffe[n]dere, manutenere,
uarentare, authorizare, et in solidu[m] disbrigare
nunq[ue] quoq[ue] co[n]tra p[ro]missa, seu p[re]missa[m], aut ipsoru[m]
aliquod p[er] se, uel per alios, dicere, facere, vel

vel venire, aut de ipsis bonis In toto, vel In parte moveri litem, vel controversiam ullam, aut donationem huiusmodi ingratitudine aliqua, dolo, Ingenio, sive Causa de Iure, vel de facto sub pena dupli valoris dictorum bonorum omnium, ut l tempore plus valuerint, vel melioramenta fuerint minus quinque sol. parvorum pro singulis Capitis stipulata, que toties peti, et exigi possit cum effectu quoties com=mittetur in ipsam, sed ea soluta vel non presens Instrumentum, et omnia, et singula in eo contenta nihilominus suam stabilem obtineant firmitatem, et quibus omnibus firmiter attendendis, et observandis Idem D. Sixto venditor per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium, et Immobilium presentium, et futurorum extitit manutentor, et legitimus deffensor, atque warentator. In quorum bonorum omnium tenutam, et Corporalem possessionem ad ponendum dictum emptorem, Leonardus dictus clericus quondam Alberthi de Cuchanea ab ipso venditore nuntius datus fuit.

Et ego Gabriel de Nino q. Bartholotti Imperiali auctoritate Notarius, ex commissione mihi facta per olim Reverendissimum In Christo Patrem, et Dominum, Dominum Ermandum dei Gratia sancte sedis Aqui=legiensis Dignissimum Patriarcham prout inveni In Notis sive abbreviaturis olim Nobilem Lugi Notarij Vicarij Culestorum de Faedis, nil addendo, vel minuendo fideliter scripsi, et ea In publicam Formam reduxi

.1300.

Dominus Nic.s de Budrio, confessus fuit habere in Pheudum ab Ecclesia Aqulegiens. In primis quindecim mansos, et dimidium In villa, que dicitur de chraul. Item quatuor mansos In villa Budrij. Item duos Mansos In orsaria. Item duos Mansos In villa S.ti Stefani. Item quatuor Mansos In villa de Ricinins. Item tres Mansos In villa de Muris. Item duos Mansos In villa de Trivignano. Item duos Mansos In villa de monte aperto. Item duos Mansos In villa Borgogne. Item quatuor Mansos In villa Palatij. Item tres Mansos, et dimidium In villa Manzinelli. Item unum Pratum, inter Budrium, et orsariam. Item unum pratum In capite ville Budrii. Item unum sedimen In villa Calicta cum tribus Campis, ut patet de predictis publico Instrumento scripto Anno Domini Millesimo tricentesimo signato &. P.

Posta thesauri

Millesimo tricentesimo septuagesimo septimo, Ind.e quinta, die vigesima sexta aprilis, Nicolaus q. D. Simonis de Budrio, Investitus fuit per ipsum D.m Patriarcham de omnibus Pheudis suis, et progenitorum suorum, que tamen specifice non Inveni; nisi de Castro Budrii, et parte olim q. Odorici de Budrio cum omnibus Iuribus, et Bonis ad illud spectantibus, et de medietate montis veteris, &.

Posta thesauri

1333.

Nos Bertrandus Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegiensis Patriarcha. Tenore presentium notum fore facimus universis
& ad nostram accedens presentiam Nob. Catherina Filia
olim domini de Budrio Uxor dilecti fidelis nostri Angeli
de Pausna, asserens, quod cum Bonae memoriae D. Paganus
Patriarcha predecessor noster Informatione habita Fide
digna, & dominus Ottobonus Patriarcha predecessor eius
immediate libero arbitrio se Intromisit, et In se Recepit
omnia, et singula Bona q. o. Patris eius non dimittendo
quicquam ipsi Catherinae de Bonis, et hereditate paterna,
cum quibus se posset se maritare, aut modo aliquo
substentare, pietate, et conscientia motus attendentesque
multiplicatas preces plurimorum Nob. pro eadem Catherina
tunc domicella Intercedentium, sibi Dedit, concessit,
Restituit, et assignavit dicta Bona, Mansos, et
Possessiones, quos, et quas Idem dominus pater eius
tempore vitae suae habebat, tenebat, et possidebat
In monte Budrij. Et primo unam Domum de muro
cuppis coopertam, sitam In burgo Budrij, Iuxta dominum
Bonacursium de Budrio, Iuxta dominum Facdani. Item
unum Ronchum vocatum Broglio Iuxta fossatum Burgi
mediante via publica, Iuxta dominum Armanum de
Carnea, Iuxta dominum nominatum, Iuxta quoddam Ron-
chum vocatum Cotaringum Nob. domini Gerardi de
Cuchanea. Item unum aliud Ronchum vocatum

Donatio pro dominam Catherinam Uxorem Angeli ... q. o. domini de bonis de Budrio.

Pignolus Iux.ª D.m Armanus supradictu[m], Iuxª D. Iac.m, Iuxª viam publicã, Iuxª cõmugnã montis Budrij. Itẽ Unu[m] aliud Ronchu[m] cu[m] una silua que uocatur Ronchus de Salurzia, Iuxª D. Franc.m de Monziano Iuxª D.num Gerardu[m] supradictu[m], Iuxª D. minuũ d. Budrio Itẽ unu[m] Pratu[m] In loco uocato Costa magna Iuxª D.num Franc.m de Manzano, Iuxª D.num Simonẽ de budrio, Iuxª D.m Armanu[m] supradictu[m], Iuxª D. Gerardum supradictu[m], Iuxª viam publicã. Itẽ In villa de Budrio unu[m] Mansum rectu[m] per Barbianum Gionẽ, Iuxª viam publicã, Iuxª hẽredes dictu[m] Budrius & Raynerotti de Venzonẽ, Iuxª Riuum. Item totam decimã sup. omnibus bonis, seu Mansis sitis In villa de coreglano, et eius districtus cu[m] oĩbus, et gardu ipsius ville. Itẽ unu[m] Mansum In dicta villa In sustotta. Itẽ In Carnea apud villam de Cabia unu[m] Nemus uocatu[m] nemus de Rouoreto, Iuxª villam de Cabia, Iuxª communea ville de Rualpo, Iuxª unũ pratu[m] Castaldie de Tulmetio. Itẽ unu[m] Montẽ uocatu[m] Montẽ d. colunis, Iuxª viam d. collinis Iuxª Monte Tulmetij, Iuxª anu[m] montẽ Omcij, Soluẽdo tamẽ Annuatim in quolibet festo Natiuitatis Dñi mri Iesu Christi Marchas denariorũ sex frixacien[sium] Gastaldis nostre Tulmetij, cu[m] omnibus, et

singulis Juribus, et Iurisdictionibus spectantibus, et pertinentibus
ad eadem, ut cum eisdem Bonis, Mansis, et possessionibus
maritari possit, et Iterum se substentare secundumque di-
ctis est Ex nobis et plures Nob. Pre fori Iulij fecit plena
fides, et specialiter quod dnum Guidone Decanus Civitaten.
et Intuitu pietatis, et misericordie assignationem, resti-
tutionem, et deputationem dictorum bonorum sibi factam, ut
committitur nris patentibus litteris ad perpetuam roboris
firmitatem approbare, ratificare, et Confirmare, et si
expediens fuerit de novo Concedere, dare, assignare,
et deputare, ut committitur dignaremur, non obstante
quod eadem bona ab eo tempore citra habuerit, et tenue-
rit, habeat, teneat, et possideat pacifice, et quie-
te, cuius Catherine, et aliorum plurimorum fidelium nostrorum
pro eadem Intervenientium supplicationibus benignius
inclinati laudabile propositum dicti dni Pagani fra-
tris commendantes, ipsiusque In hac parte volentes sequi
vestigia, cum Iuste, et rationabiliter motus fuerit,
deputando, et Restituendo eidem dicta Bona, que
tunc dicti eius patris fuerant, ut committitur, Idcirco
quod nos nostrorumque successores, ac vice, et nomine nostre
Aquilegiensis Ecclesie approbantes, et Confirmantes
quondam dictam assignationem, Restitutionem Deputationem, et
traditionem factam, et factas, Damus, Assignamusque

restituimus, et deputamus p.ta omnia bona, Mansos, et Possessiones sitas in dictis locis, videlicet In Monte de Budrio et eius pertinentiis. In coregliano, et eius pertinentiis, In carnea, et eius pertinentiis, cum omnibus, et singulis Iuribus, et Iurisdictionibus suis, secundum quod ipsa d. pater eius habebat, tenebat, possidebat tempore vite sue, Ita quod eadem Catherina, et sui heredes ex ea descendentes Mansos, et, Possessiones, et Iura, et Iurisdictiones pertinentes, et spectantes ad eadem, habeant, teneant, et possideant, vendant, et cum omnimoda voluntate disponant, tamquam Bona a predecessore nostro data, restituta donata, et assignata. Dat. In Castro nostro Utini die 5.ta Ianuarij, Mill.o Tricentesimo, vigesimo Tertio, Ind.e secunda, presentibus Nob. viris domino Guidone Decano Civitatensi. d. Federico de Sauorgnano, domino Gerardo de Cucanea, d.o Armano de Carnea, domino Simone de Valuasono, q. Franc.o de Utino, q. Hectore de miulitis de Utino, In cuius Rei testimonium presentes fieri fecimus, et nostri Sigilli appensione muniri.

. 1 3 3 6 .

Testamentum d.ne Catherinae.

IN Nomine Domini amen. Anno eiusdem Nativitatis, Millesimo. Tricentesimo, vigesimo sexto, Ind.e qua die quarta intrante decembri, presentibus

Venerando viro dnō Guidone decano Civit., discreto viro mº Zannino de Civitate Austrie, nob. viris d. Simone, et odorico fratribus, et Bussulino q. d. Jacobi omnibus de Budrio, dnō Millano de Pavona habit. castri Utini, Raymūdo Nepote millani prefati, dnō Joanne de Vendoio, et Hermano dicto Zugnino quondam Simonutti de Vendoio testibus, et alijs vocatis et Rogatis ad predicta. Nob. dnā Catherina ux. Millani, qui fuit de Pavona, et filia quondam Dominici de Budrio, sana per gratiam Dei, mente, sensu, et intellectu, licet corpore languens, suarum Rerum, et Bonorum omnium dispositionem nuncupatiuo testamento sine scriptis in hunc modum facere procuravit, disposuit, et ordinavit, Presente dicto millano marito suo, volente, et consentiente, In primis quidem elegit sepulturam sui Corporis apud Monasterium Sancti Petri de Rosatijs, cui Monasterio disposuit, voluit, et ordinavit, ut ad ducentis libris veronensium Parvorum emant redditus specialiter pro faciendo Anniversario suo, et patris Annis singulis. Item legavit Iure Institutionis, et hereditatis predictis Nob. viris dnis odorico, et Simoni fratribus, et Henrico eorum Nepoti; legavit centum libras veron. parvorum pro quolibet. Item Voluit, et ordinavit, quod solvant viginti marcas

deris Ecclesie s.te Marie de Castro Alini, cum quibus emat redditus sive forma testamenti q. matris sue. Item Legavit Millano predicto marito suo Centum Marcas denariorum Aquil., et morgincapium suum ad faciendum de eis suam omnimodam voluntate. In omnibus autem alijs suis Bonis mobilibus, et Immobilibus, Iuribus, et Actionibus, Confortam Filiam suam, sibi universalem heredem Instituit. Cum hac condictione addita, quod domina Waldrud soror sua habeat de Bonis suis Centum Marcas, ultra Illas Centum Marchas, quas dicte mater eorum Legavit, et dominus Gerardus de Cucanea filius domini Odorici habeat Centum Marcas denariorum Aquil. Et hoc si dicta Conforta eius filia moriatur In pupillari etate, et si ipsa domina Conforta filia sua moriatur postquam adolevenit, Voluit, et ordinavit, quod dictus dominus Gerardus stare dictas hereditates, et omnia Bona dicte hereditatis ipsius Conforte filie sue, et sua quocumque nomine censeantur, et de dictis Bonis et nunc, pro ut et tunc facere, et disponere valeat pro libito voluntatis, et predictis omnibus legatarijs satisfacere debeat,

et omnino teneat. Item pro anima sua, et parentum
suorum, dedit, donavit, et legavit Ecclesiae S.tae Mariae
de Aquileia Nobilem filium Raynaldi, et Agilum,
et Stephanum filium Nicoletti cum tota eorum prole
masculina atque foeminina, praesenti, et futura, sive
moriatur ex hac infirmitate, sive vivat, tradens
Tradens quod dictos nobilem, et Agilum filium Mathiuss-
sij, et Stephanum cum tota eorum prole masculina, et
foeminina in manibus dicti Simonis, quem ad
hoc specialem constituit procuratorem, ut induceret
dictos Nobilem, Agathum cum prole eorum tota
masculina, vel foeminina praesenti, et futura eius
nomine et anima sua, et suorum propinquorum induceat,
atque ponat in possessionem corporalem dictae Matris
Ecclesiae Aquilejensis, et offerat eos super altare
dictae Ecclesiae, et omnia facere, quae sint in
favorem praedictorum, et praedictis eorum ancillis, ita
quod aliquomodo ad aliquam servitutem trahi non possint,
ad quam homines Ecclesiae memoratae trahi non
debeant, et omnia, et singula facere possint, quae
quilibet homo liber Ecclesiae possit facere, et
libertate exercere tam in contractibus, quam in ultimis
voluntatibus defunctorum, quam in feudis, quibus
omnibus praedicta testatrix legavit totum eorum
peculium. Insuper quoque praedicta Domina

consorte moriretur cum herede superveniente, et ad aetatem legitimam veniente, voluit, et disposuit, quod legatum factum sorori suae predictae, scilicet D. Galdrudi de quinquaginta Marcis nullum, et Invalidum sit. Item voluit, et ordinavit, et pactum habitum, et factum inter ipsam Testatricem, et Galdrudem sororem suam sit validum, et firmum cum his terminis, quos D.s Iohannes
et Millanus de Castro Sancti Arbitri, et D.s Decanus predictus eius Amicus, et cum his lucris, quos, et que dixerint ordinandum. Et hanc suam ultimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit Iure Testamenti, et si Iure Testamenti non valeret, valeat saltem Iure codicillorum, vel alterius ultimae voluntatis, quo melius valere potest, et tenere. Actum In Budrio In domo dictae Testatricis.

Ego Benevenutus q. Stephani pett. de Sancto Imperiali auctoritate not.s, his omnibus Interfui, et Rogatus scripsi, et fideliter publicavi etc.

. 1336.

Carta d'alia Sue consorte ex nob. Dmi Schinelle de chiechinea

In Nomine Dni. amen. Anno Eiusdem Nativitatis, Millesimo Tricentesimo vigesimo sexto, Indictione quarta die duodecimo Intrante Ianuario. In villa Budrii in Auditorio S.ti Michaelis, presentibus venerabilibus viris dominis Guidone decano

Ciuitalensi, Eurardo, et Tramontino Canon. Aquil. et Ciuitatis Ecclesiarum. Nob. viris Dnis Franc.o de Manzano, Simonutto de Cuchanea, Ruprello, Simone, et Odorlico fratribus de Budrio, Franc.o q. D. Pauli, Jacobino de Pauona, Stephano q. D. Egidij, Gregorio q. Valci, Hermano de Budrio commorantibus Ciuid. testibus, et alijs ad hec vocatis, et Rogatis. Dominus Millanus filius q. D. Ioannis de Pauona Dotauit dominam Consortam suam filiam in vxorem Nob. viro Domino Schinelle Nato Dni Crenedi de Cuchanea cum omnibus, et singulis Bonis Quibuscumque Honoribus et statibus ocijs, que habuerit q. dnus Ramidus de Pauona, sitis in Carnea, et alibi ad ipsum quoquomodo, et qua-litercumque spectantibus, ac et cum omnibus Juribus, rationibus, et Expectationibus contra quascumque personam, vel personas dicto q. Raymundo debita, et debitas de Jure. Item Dotauit eadem Dnam Consortam suam filiam Ille millanus cum omnibus, et singulis bonis, que habent, uel uisus est habere in contrata Carnee, furno, et bonis pertinentijs, Exceptis Expectationibus, quas dictus millanus habet, petere, uel habere, Jnno pleno, et pani, et cum uno pani Integro cum varijs de Scarlato, et Cum duobus panis Indumentorum, et cum alijs apparamentis, pro ut decet utramque partem, et cum Seruis,

seu Ancillis ad dictum, et estimationem vere viri Domini Guidonis Decani Civitatensis, et Domini Francisci de Manzano predictorum. Item dotavit eadem Filia sua dicto domino Schinelle, cum omnibus, et singulis Iuribus, et bonis spectantibus quomodocumque, et qualitercumque ad dominam Catherinam Uxorem suam, contra quascumque personam, vel personas. De consensu, et voluntate expressa ipsius domine Catherine ibidem presentis, et consentientis, et ipsam nunc dictam dominam Conforta filiam suam Procuratricem, et Actricem ut in rem suam, pacto, et forma inferius Annotatis; et si contingerit dictum Millanum habere filium, vel filias cum Uxore sua predicta, prefatus filius, vel filia sui equaliter in bonis omnibus, et singulis ipsius Millani quocumque nomine Censeantur eidem Millano patri suo succedere possint, et debeant, salvo de his, que dictus Millanus suis dictis bonis pro remedio Anime sue, ac etiam de servitijs sibi Impensis voluerit legare, sive et ordinare sine fraude. Hoc et adiecto expresse, quod tamen de parte dicti Millani, quod pro parte dicti domini Schinelle, si contingerit, quod Deus avertat ipsam dominam Confortam prius mori dicto domino Schinella, sive communi herede Inter eos vivente. Habere debeat dictus dominus Schinellas de dictis dotibus ducentas libras parvulorum ad faciendum suam omnimodam voluntatem,

Exitibus dicte dotis proximo moriatur ipsius d.ne Conforte integre reuertantur. Si uero Contigerit dictum d. Schinelli prius mori dicta d.na Conforta sine communi herede suo tunc viuente, habere debeat dicta d.na Conforta dotem, et Iura sua, et de bonis dicti d.ni Schinelle Tricentas libras Veronenses paruorum ad faciendum suam omnimodam voluntatem. Si uero Contigerit dictos Iugales habere heredem; qui decederet antequam esset in etate legitima constitutus, tunc pacta predicta pro vtraque parte in sua permaneant firmitate. Et si mortuo dicto d. Schinella prius, et communis heres uiueret cum quo ipsa stare, et commorare non possit, uel nollet habitare, tunc debeat dicta d.na Conforta ad vitam suam dotes, et Iura sua habere, et de bonis dicti d.ni Schinelle Tricentas libras Veronenses paruulorum. Post cuius decessum, tam dotes, quam dictas tricentas libras paruulorum ipsorum communi heredi Integre reuertantur. Et fuit quoque d.na Catherina de consensu dicti Millani sui mariti, Corporaliter ad sancta DEI Euangelia, prestito Iuramento, Iurauit predicta omnia, et singula firma, et rata habere perpetuo, et tenere nec quoque contrafacere promisit per se, uel alios mouere litem uel aliquam questionem ratione aliqua, dolo ingenio, siue causa de Iure uel de facto sub pena dupli eius de quo ageretur minus quinque sol. Veronenses

parvore in singulis Capitulis stipulata, que toliens peti, et exigi possit, quotiens committeretur in ipsam, et ea soluta, vel non, presens nihilominus instrumentum in omnibus, et per omnia semper stabile obtineat firmamentum.

Et Ego Nic. m. Antonij de Austria Ciuitate Imperiali authoritate Not., omnibus premissis interfui, et Rogatus scripsi.

.1337.

Donatio facta q. d. Millanum me consorta eius filiae

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Millesimo Tricentesimo, Trigesimo septimo, Indictione quinta, die decimo octavo veniente Junio. In Ciuitate Austriae in curia domini Guidonis decani Ciuitatensis, presentibus dominis Francesco et Henrico de Manzano, Rossetto q. Bertholdi de Paedis, Guidone q. d. Mozardi de Flagon, Dietomario q. d. Arnoldi de Vedoio, Simone de Ozona familiare dicti domini decani ciuitatensis, Ingalpretto q. d. Corradutij de Ciuitate, Nicolao q. Rodulphi de Fagarea, et alijs ad hec vocatis testibus specialiter, et Rogatis. Millanus q. domini Joannis de Pauona commorans in Budrio, per se, suosque heredes de certa scientia, dedit, tradidit, cessit, ac et refutauit in manus Nob. viri domini Gerardi Militis de Cucanea recipientis nomine, et vice domine

sita in pertinentijs Caneule, et claporare, in primis unum Mansum situm in Caneula rectum per quem Decanum q. martini Rossi. Item unum aliud manum situm in dicto loco rectum per socium suum ipsius quem; Item quendam alium manum situm in ipso loco, rectum per moresinum. Item quendam alium manum rectum per Domenicum, Item unum aliud mansum rectum per bellamum, et generaliter eidem obligauit omnia sua bona, quae habet in pertinentijs Caneule, et claporare. Item unum aliud Mansum situm in Ronchis Rectum per sophulum. Hoc pacto habito inter ipsos expresso, quod dictus Franceschinus, et Beatrix eius uxor habeant, et teneant, et possideant dicta Bona, donec dictus Nicolaus, uel . . . fratres dictae Beatricis eis dederit, et soluerit dictam quantitatem pecuniae integraliter, non computando usufructus, uel redditus habitos de ipsis Bonis super ipsa Dote, sed per pactum expressum ipsos anticipare debent. His et pactis habitis inter ipsos, quod si ipse Franceschinus praemoriretur Communi herede superuiuente, et ipsa cum ipsis haeredibus conuersare non uellet, quod omnia iura sua habeat integre, si uero vellet transire ad secundas nuptias, quod omnia iura sua habeat ad uitam suam, et si haeredes habuerit secundos, quod dos diuidatur inter heredes primos, et secundos per medium, et si cum secundo marito herede non haberet quod tota dos reuertatur ad primos heredes, si autem ipse praemoriretur sine Communi herede, quod absit, quod ipsa habeat iura sua integre, et de bonis sui mariti praedicti, tercentas libras paruorum, et e contra si ipsa Beatrix praemoriretur Communi herede non extante

et dicta dos restituatur proximioribus dictorum Nicolai, et Ancardi, retinendo in se de ipsa dote ducentas libras parvulorum. Item quod quotiescumque dicti Nicolaus vel Guerardus, vel heredes eorum ipsam dotem solverint, et ipse Franceschinus sibi solvere debet securitatem idoneam de dote restituenda, si casus acciderit quod promittentes per se et stipulationem eam obligantes bonorum omnium in omni instrumento rata habere et praecibus dicti Francisci fideiussor extitit de dictis viceentis libris dominus Gerardus sine sinter per se et dictam hac obligando bona sua etc. cum omni melioramento, etc.

Et ego Candidus filius Joannis Vanni de Marcelo publicus Imperiali authoritate Notarius, consimiles ex commissione mihi facta per egregium militem dominum Franceschinum de Savorgnano Vicedominum Generalem Aquilegiensis Ecclesiae sede vacante, prout inveni in abbreviaturis olim domini Joannis Notarii de Cilleijs, nil addens, vel minuens, quod mutet vel variet intellectum fideliter scripsi, et in publicam formam redegi, signumque meum apposui consuetum.

. 1360.

Testamentum domini Gerardi de Cuchanea

Anno Domini, Millesimo, Vicentesimo Sexagesimo, Indictione tertia decima, die penultima mensis decembris. In Faedis in domo habitationis Ins.mi domini Gerardi militis, praesentibus Nob. viris dominis

simone q. dñi odorici militis, Nicº milite eius filio odorico, et Schinella fratribus militibus filijs dicti domini Gerardi, Gislalfetto, Vicardo, Ioanne fratribus filijs olim dñi Guamerij omnibus de Cuchanea, Corno q. d. niculi Brunetto q. domini Thomasutti ambobus de Cralissagno, ac Andrea de Attimis q. dñi Guarienti testibus, et alijs pluribus, uocatis specialiter ad hec rogatis et Nob. et Potens miles dñus Gerardus de Cuchanea quondam Nob. et potentis militis dñi odorici, Considerans, et affectans statum Continuum, et honorem perpetuum Nob. Militum dominorum Odorici, et Schinelle fratrum, et heredum suorum Inter eosdem uero ut Iuris ordo postulat, et sequitur perpetuis temporibus duraturos, timensque ne In posterum ullo tempore discordia, seu controuersia aliqua oriri posset Inter eosdem, seu eorum heredes, et hoc specialiter propter maximas expensas tam rationabiles factas per ipsum dñum Gerardum pro edificatione domus magne, et cuiusdam alterius domus parue de Budrio, nec non propter debita, et legata olim domini Millani de Budrio dñe Catherine eius uxoris à die Contracti matrimonij Inter dñum Schinellam, et dnam Confort eius uxorem, filiam dicti dñi Millani persoluta de bonis, et ad bonis proprijs dicti dñi Gerardi, seu propter alias quascumque Causas, occasiones, et expensas tangentes ad bona, et possessiones dicte dñe Confort. Item dñus Gerardus In ultima

voluntate sui ultimi testamenti, Constitutus sana mente, licet corpore languens, Pure, mere, ac libere dicto domino Schinelle eius Filio ibidem presente, volente, mandante, et consentiente, et nullatenus contradicente, dedit, et addidit, et designavit, atque Donavit, et ad plus ascenderet dictis expensis debitis, et legatis Donationis nomine, que dicitur Inter vivos, que nulla possit revocari ingratitudine, seu causa in perpetuum dicto domino odorico eius filio, suisque heredibus, aut cui hoc suum Ius dare voluerit omnia sua Bona, que habet, et videtur habere In monte, et supra monte de Budrio, et eius pertinentijs cuiuscumque condictionis, quantitatis, seu magnitudinis sint, et existant, et ipsum dominum Gerardum eius Patrem empta, et acquisita quocumque nomine censentur à sudicto matrimonio Contracto Inter sudictos dominum Schinellam, et dominam confert Iugales, et hoc ordinat, et vult esse pro recompensatione dictarum expensarum debitarum, et legatarum hinc ad diem presentem, Ita quod amodo dictus D. odoricus, et eius heredes, aut cui commiserit de consensu, volontate, atque mandato dictorum dominorum Gerardi, et Schinelle eius filij, possit, et valeat de ipsis Bonis omnibus et possessionibus cuiuscumque nomine censeantur suum

liberam, et expeditam facere voluntatem, tam in vita, quam in morte, et quandocumque contigerit dictos dominum Odoricum, et Schinellam fratres, et heredes quondam domini Gerardi militis divisiones, seu portiones facere de hereditate, seu bonis eorum contenti, et manifesti fuerunt dicti domini Gerardus, et Schinella eius filius, quod primo, et principaliter dicta bona per ipsum dominum Gerardum empta, seu acquisita, remaneant, et sint libere, et expedite, et absque ulla sorte deveniant dicto domino Odorico, suisque heredibus, aut cui commiserit, et postmodum residuum bonorum omnium dicte bonum hereditatis utique inter fratres equaliter condividantur. Promittentes praefati domini Odoricus, et Schinella eius filius, ac corporaliter jurantes ad sancta Dei Evangelia tactis scripturis, et inscripta attendere, manutenere, et in solidum observare, nequeque contra praedicta, et inscripta per se, vel per alium vel alios dicere, facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, sive causa, de iure vel de facto, sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, praesentium, et futurorum, damnorum omnium et expensarum, litis, et extra, refectione, et interesse, et sub pena librarum mille parvorum pro singulis capitulis huius contractus stipulata, et promissa, cuius pene dedicetur, deveniat parti praedicta observanti, alia medietas domino Patriarcae Aquilegiensi

cui pro tempore fuerit persoluenda a parte predicta
infringente. qua pena totiens peti possit, et exigi
cum effectu quotiens committetur in ipsa, et ea soluta,
uel non, presens instrumentum, et omnia in ipso contenta
nihilominus suam stabilem obtineant firmitatem,
In cuius rei testimonium Prospettus de Gaiadis
q. domini Bertholdi, datus, et deputatus fuit in
Nuntium specialem per ipsos dominos Gerardum, et
Selvinellam, ut dictum dominum Odoricum de dictis
Bonis omnibus, et possessionibus inducat in
tenutam, et possessionem corporalem imponat.

Et Ego Gabriel de Atino q. Bartholotti Imperiali
auctoritate Notarius publicus, predictis omnibus, et singulis
Interfui, et rogatus scribere, fideliter scripsi, meumque
signum consuetum apposui, et in publicam formam
redegi.

1368.

Testamentum d. Odorici filij antedicti d. Gerardi,

In Christi Nomine amen. Anno Natiuitatis
eiusdem, Millesimo, Tricentesimo, Sexagesimo
octauo, Indictione sexta, die duodecimo mensis
Augusti. Actum Venetijs in Confinio Sancte
Marie Formose in domo habitationis heredum,
et filiorum q. domini Joannis de Valentinis,
praesentibus domino Thoma de Vallentis filio

quorum dicti domini Joannis, Franc.o de Bizio de Forlivio,
Gerardino q. Bene de Florentia, domino Gabriele de
Talentis q. dicti domini Joannis canonico Lauacensi,
Nicolao q. Amici de Padoua, Jacobo Notario quondam ser
Matthei de Barzattis testibus ad haec uocatis, rogatis,
et alijs etc. Quia sub breui, et inseparabili momento
temporis vnicuique labitur terminus vitae suae semper
homini uiuendum est sub spe mortis, ne uana fiducia
longe uiuendi ipsum decessisse contingat incautum, et inor=
dinatum, ac dispositionem derelinquat, quapropter Egregius
Miles Dominus Odoricus de Cucanea natus q.
Mag.ci Militis domini Gerardi de Cuchanea patriae
fori Julij, sanus mente dei gratia, licet aeger sit
corpore, suorum dispositionem bonorum per hoc praesens nuncupatiuum
testamentum, quod dicitur sine scriptis, in hunc modum
facere procurauit, Voluit .n. ac ordinauit, quod si
D.s Deus noster ipsum in hac aegritudine uocare ad se
uoluerit, corpus suum statim post eius decessum
quam citius fieri poterit, debeat portari ad Castrum
Cuchanee, et quod ibi sepeliatur in sepultura in qua
corpus q. domini patris sui requiescit. Post haec
uoluit, et disposuit, atque jussit, quod Nob. Miles
D.s Schinella frater eius omni anno in die annalis
ipsius testatoris cellebrari faciat viginti missas
a viginti presbiteris, et quod in eodem die omni anno
faciat dare, et dispensare pro eius anima inter

Pauperes starna quatuor fabar. coctar., et staria quatuor panni, et Insuper omni anno idem D.s Schinella In dicto die sui annalis dare faciat Conventui, et loco fratrum s.ti Franc.ci de Utino ordinis minor. libras quinquaginta parvor., Ita tamen, quod ex hoc dicti fratres teneantur orare deum pro anima dicti testatoris, et dicere omni anno In dicto die annalis missas solemnes cum vigilijs, et alijs officijs solemnibus In talibus fieri consuetis, et similiter voluit, atque Jussit, quod dictus dnus Schinella frater eius omni Anno dare faciat In dicto die sui annalis fratribus, et conventui sancti Petrimartiris de Utino ordinis predicator. libras quinquaginta parvor., qui teneant. orare, et dicere missas cum vigilijs ut superius dictum est de Fratribus minoribus. Et Insuper voluit, quod conventibus, et locis fratrum minor., et predicator. de civitate Austriae dentur per dictum dominum Schinellam omni anno libre quinqua=ginta, pro utroque ipsor. conventuum in dicto die sui Annalis, qui teneantur orare, et dicere missas cum vigilijs ut supra; Ad que quidem predicta facienda, et Executioni mandanda per dictum dnum Schinellam fratrem suum fideicommissarium, et Executorem solum Instituit. Dimisit

aute distribuendum, et dispensandum per Inscriptos suos commissarios, pro ut eis uidebitur, libras centũ denariorum de foro Iulij pro male ablatis In certis. Itẽ reliquit Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Paedis libras quinquaginta paruorum pro fabrica, et Reparatione ipsius Ecclesiæ. Item dimisit Vicario dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Marchas duas, et cuilibet Capellano ipsius Ecclesiæ marcham unam pro Anima sua. Item adiudicauit Ecclesiæ Sti Georgij de Cucchanea pro Anima sua solidos quadraginta Paruorum, et Ecclesiæ Sanctorum Philippi, et Iacobi de castro Cucchaneæ alios solidos quadraginta paruorum, et Ecclesiæ Sti Petri de Paedis solidos quadraginta paruorum, Ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ Existenti In Canali de Grauo sol. quadraginta paruorum. Item Dimisit fratri Gerardo de Bononia ordinis Predicatorum confessori suo Ducatos decẽ Aureos pro Anima sua, Praeterea uoluit, et Insuper ordinauit, quod domina Romina Vxor sua habeat Integrè dotes suas, et ultra hoc si uiduare noluerit, et uitam honestam ducere, Voluit ipsam habere de Bonis ipsius testatoris semper, dũ ipsa uiuerit uiduando et honestam uitam ducendo uictum, et uestitum

cum servientibus ei decenter, et honorifice secundum quenientiam conditioni sue, et possibilitatem bonorum ipsius domini testatoris. Verum si ipsa dicta domina ad secunda vota transiret, dimisit eidem solummodo dotes suas, ceterum voluit, atque mandavit quod omnes a dorso, et usu ipsius domini testatoris panni dentur in manibus predicte dicte domine vxoris sue, que de dictis pannis facere, disponere, et dispensare debeat pro anima ipsius testatoris, prout eidem domine domine melius apparebit, et similiter voluit quod sua centura a Nacharis argentea, et altera sua centura argentea quam habet dominus Simon de Valuasono poni, et dare debeant in manibus domine domine predicte. que de ipsis duabus centuris debeat facere fieri calices tot, quot fieri potuerunt ex eis, et quod ipsos calices dare debeat ipsa domina domina ecclesie predicte sancte Marie de Fredis, qui calices in ipsa ecclesia semper sint deputati ad omnia misteria cellebrandi, et si quid ex ipsis centuris restaret factis calicibus suprascriptis, dicta domina domina dispenset pro anima ipsius domini testatoris prout eidem domine domine melius videbitur, et ad predictas dispensationes, et erogationes pannorum a suo dorso, et centurarum suarum dictam dominam dominam solam sibi fidei commissariam esse voluit, instituit, et pariter ordinavit. Mandans

Insuper, et ordinavit, quod fides dominae Dominae dari debeat per dictum dominum Schinellam de bonis ipsius testatoris totum illud, quod ipsa domina Domina recipere, et habere debet ab ipso domino Testatore ultra dotes suas ex causa mutui, vel aliis rationibus, seu causis quibuslibet, et si dictus dominus Schinella, quod absit recusaret dare fides dominae Dominae illud quod habere debet ultra dotes suas ut dictum est, tunc liceat fides dominae Dominae solvere sibimet de predictis super omnibus bonis ipsius domini Testatoris, prout ipsa voluerit. Item dimisit dominae Aythae sorori suae uxori domini Pedenici de Ponte bono, Iohanni filio ipsius dominae Aythae libras centum parvorum. Item dimisit Nicolao Jacheli dicta familiari suo duas Marchas ad usum Curiae de redditu omni anno de bonis ipsius Testatoris, quas marchas duas dictus Nicolaus possit accipere in bonis ipsius Testatoris undecumque ipse voluerit, et similiter voluit quod ipsae dominae marchae de redditu ad usum Curiae deveniant omni Anno in heredes, et pro herede ipsius Nicolai tam Masculos quam feminas, donec ex eis heredibus, vel de eis descendentibus reperientur aliqui, vel aliquis, seu aliqua, verum si dictus Nicolaus Jachelli sine Filijs, vel filiabus legitimis ex eo moriretur, dictae

due Marche reddeant in heredi, uel heredes ipsius dni testatoris. Item uoluit, et dictus Nicolaus Jachelli ulna predicta, semper in uita sua teneat gaudeat, et possideat pacifice, et quiete illa omnia Bona, que dictus Nicolaus Cultratus tenet, et possidet in pertinentijs Budrij, et si per dictum Dm. Schinellam eius fratrem, uel aliam eius nomine, dictus Nicolaus ullo tempore de ipsis Bonis positis in pertinentijs Budrij aliquatenus molestaretur, tunc et eo Casu liceat dicto Nicolao apprehendere omnia alia Bona dicti testatoris posita in pertinentijs Budrij, et de ipsis facere libere uelle suum. Item dimisit dicto Nicolao familiari suo Palafredum suum bonum Rubeum, et suam panceronam, et suam sponticinam. Item uoluit, et ordinauit quod dictus D. Schinella eius frater teneatur, et debeat de Bonis ipsius testatoris facere, et adimplere, et omnia, que restant fieri, et adimpleri in testamentis Dnorum patris, et matris, nouercae, Dnorum Quiami, Amitae, uel patruorum suorum, in quantum ad hoc bona ipsius testatoris sint in omnibus obligata. In omnibus autem alijs bonis suis, mobilibus, et immobilibus, iuribus, et actionibus suis, tam presentibus, quam futuris ubicumque sint, uel poterint inueniri, predictum Dnum Schinellam fratrem suum sibi

hæredē universalē Instituit, et pariter ordinavit In Casu
videlicet, quo ꝑdicta D. Domina nō foret ꝑgnans, sed
si ꝑgnans foret, et Ex ipso Testatore pareret filium,
vel filias unā, vel unā, seu plures filios masculos
unā vel plures Ex dicta Dña Domina et ipso domino
Testatore nascituros. Ibi hæredem, vel hæredes Insti=
tuit universales, filias autem, unā, vel plures ma=
ritari, vel monachari voluit de Bonis suis secundum
consuetudinē Patriæ Fori Julij, Et In Casu quo Ex eo
nō remanerent filij Legitimi unus, vel plures, ꝑdictā
D.m Schinellam, fēm suā sibi hæredem universalē
Instituit, ut dictum est. Suos veros, fidei cōmissarios,
et Executores omnium ꝑdictorum, Exceptis his In
quibus Instituit suos fidei cōmissarios, et Executores
ꝑdictam Dominam Schinellam, et Dnam Dominam ut
supra tactum est. Instituit, et ordinavit Dnum
Simonē de Cucharea patruū suū, et ꝑdictā D.m
Schinellam fēm eiusdē testatoris, quibus dedit illā
totā plenam, et amplissimā Potestatē, et libertatē,
quam quilibet veri, et legitimi Commissarij habent
seu habere possunt ullo ingenio, vel forma. Et
hoc voluit esse suum ultimum testamentum, et
ultimā voluntatē, et quod valere debeat Iure
testamenti, et si Iure testamenti valere nō posset,
valeat Iure Codicillorum, vero si Iure Codicillorum

valere non posset, voluit ipsum valere omni alio modo, via, et forma, quibus de Jure melius valere potest, nullo permisso obstante.

Ego Marcus de Raphaelis de Venetijs q. [?] Matthei, pub. Imperiali aucte notarius et Judex ordinarius predictum Testamentum quod fieri Rogavit supradictus dominus Odoricus de Cucchanea ex abbreviaturis, et protocollis Damiani q. Andree de Zandeguilijs Imperiali notarij mihi Jam diu Concessis per Illustrem dnum ducem Venetiarum, et eius consilium, fideliter sumpsi, et exemplavi, In hanc publicam formam redegi, nil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel variet Intellectum.

. 1435 .

Permutatio q. Simonis cum domino Tristano Sau.

In Christi Nomine amen, Anno à Nativitate eiusdem domini nostri Jesu Christi, Millesimo, quadringentesimo trigesimo quinto, Ind. xiij. ma die Sine ultimo mensis februarij. Actum Utini In Contrata Ecclesiae Sancti Stephani de Utino, et In Camera Cubiculari domus Sp. et Egregij militis domini Tristani de Savorgnano, presentibus Ibidem Nob. viro q. Francisco olim Nob. domini Rigoatti de Utino, m.o Antonio Calderario olim m.i Odorici de Utino habitante In Civitate Austriae

et dominico olim Leonardi de Brandilio familiare
infrascripti domini Tristani, testibus ad haec vocatis specialiter,
et Rogatis. Ibique Sp. et Egregius Miles D. Tristanus
de Sauorgnano, Per se, suosque heredes Dedit, tradidit,
atque mandauit, et permutauit Nob. viro q. Simoni q.
Nob. viri q. Preschi de Cucchanea Utini habitanti,
Ibidem pnti, stipulanti, et Recipienti pro se, suisque
Heredibus, aut cui hoc Jus suum dare voluerit vnum
Bayarzium, positum vitibus, et Arboribus situm super
Monte de Budrio, Iuxta Nob. viros q. Dom., et q. Ant.m
olim q. Cenzinni de Masoldo, Iuxta Ronchum vocatum
lo Brogli infrascripti q. Simonis, et Iuxta suos ueriores
confines Iure liberi, et proprij. Item unam petiam
Terre sitam super Monte de Budrio, Iuxta heredes olim
q. Federici de Budrio, Iuxta Heredes olim q. Thadei de
Marzano, Iuxta Dominum olim q. Preschi a duabus
Partibus Iure liberi, et proprij. Ad habendum,
tenendum, possidendum, dandum, donandum, permu=
tandum, alienandum, obligandum In dotem dandum,
pro anima, et Corpore Iudicandum, et quicquid dicto
q. Simoni suisque heredibus, aut cui hoc Ius suum
dederit deinceps placuerit perpetuo faciendum,
cum accessibus, et Egressibus suis usque In viam
publicam, atque cum omnibus, et singulis, quae dictum
Bayarzium, et petia Terrae permutata, et
permutata habent super se, infra se, Intra, seu

infra se, in subtegnis, omniqz iure, et actione, usu seu requisitione dicto, honore, commodo, et utilitate eisdem Bayarzio, et petiae terrae permutatis, uel pro ipsis seu eorum parte modo aliquo spectantibus, et pertinentibus tam de iure, quam de facto sine condictione, et reservatione dicti domini Tristani eiusqz heredum, et cuiuslibet alterius personae. Et hoc expresse, et nominatim; quia idem q. Simon, per se suosqz heredes iure libero, et proprio, dedit, tradidit, atque permutauit eidem sp. et ex.do militi d.no Tristano de Sauorgnano ibidem presenti stipulanti, et recipienti pro se, suisqz heredibus, aut cui hoc ius suum dare uoluerit quandam petiam Prati situm super monte Budrij, iuxta pratum dicti sp. militis d.ni Tristani de Sauorgnano, iuxta quoddam pratum heredum q. d. Federici de Budrio, iuxta quoddam campum q. Odorici q. Freschi fres dicti q. Simonis permutantis, iuxta uiam per quam itur ad dictum pratum, et suos ueriores confines, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, uendendum, permutandum, obligandum, alienandum, in solutum dandum, pro anima, et corpore iudicandum, et quicquid dicto sp. militi d.no Tristano de Sauorgnano,

eiusque heredibus, aut cui hoc ius suum dederit perpetuo
deinceps placuerit faciendi, cum accessibus, et egressibus
suis usque in vias publicas, atque cum omnibus et singulis
que dictum pratum permutatum habet supra se, infra seu
infra se in integrum, omnique iure, et actione usu, seu
requisitione dominio, honore, comodo, et utilitate
eidem prato permutato, vel pro ipso seu eius parte modo
aliquo spectantibus, et pertinentibus, tam de iure, quam de
facto sine contradictione, et repetitione dicti Simonis,
eiusque heredum, et cuiuslibet alterius persone. Qui
quidem ss. miles dominus Tristanus de Savorgnano
ex una, et ser Simon ex alia, se vicissim, et
unusquisque nomine alterius constituerunt dictum Boyarzium,
et petiam terre, ac pratum a se permutata possidere,
donec unusquisque eorum tenutam, et possessionem
acceperit corporalem, quam accipiendi et inde
auctoritate propria retinendi, deinceps sibi vicissim
licentiam omnimodam dederunt, atque contulerunt.
Promiseruntque dicti domini Tristanus, et ser Simon
solemniter se ad invicem obligando pro se, eorumque
heredibus, aut cui hoc ius eorum dederint
solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus,
et cum obligatione omnium suorum bonorum, mob.,
et immobilium presentium, et futurorum, refectioneque

damnorum omnium, et expensarum litis, et extra, ac interveniente stipulationibus solenibus hinc inde intervenientibus dictis Bayarzio Petia terre, et prato à se permutatis, vel eorum saltem eis, vel alteri ipsorum, eorumque heredibus, vel cui hoc ius locum dederint, litem, vel questionem aliquam non movere, nec volenti movere consentire, sed ipsum Bayarzium petiam terre, et pratum à se permutata unus alteri, et alter alteri manutenere, deffendere, et disbrigare ab omni homine, comuni, collegio universitate, et persona quacunque impediente, predictamque permutationem, ac omnia, et singula in presenti instrumento contenta perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere, et plenius observare, et non contrafacere, dicere vel venire per se, vel alium, seu alios aliqua ratione, malo, ingenio, seu causa de iure, vel de facto sub pena dupli eius, de quo lis, vel questio moveretur, habita ratione, ut pro tempore plus valuerint, minus quinque solidorum veronensium parvorum in singulis capitulis presentis contractus, stipulata, et promissa. qua soluta vel non, presens tamen instrumentum, ac omnia, et singula in eo contenta perpetuam obtineant firmitatem. Ceterum vero dicti permutatores sibi vicissim, videlicet unus alteri, et alter alteri dederunt, assignaverunt in nuntium et pro nuntio tenute dictorum Bayarzij, petie terre, et prati permutatorum Franciscum quondam Ropretti testem suprascriptum

qui eosdem .d. Instanus, et q. Simone q. Freschi In tenutam, et Corporalem possessionem dicti Bayarzij, et cetere terre, ac prati a se permutatorum poneret, et Induceret;

Et Ego Mattheus filius q. m.ri Iac.i pelliparij de Utino, Aquilegiensis diocesis, pub.s Imperiali auctoritate not.s, omnibus, et singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus presens fui, eaque rogatus scribere fideliter scripsi, et In hanc publicam formam redegi, signo, et nomine meis appositis, et consuetis In fidem, et testimonium omnium, et singulorum premissorum.

1454.

Venditio q. Nicolai a q. Simone Fre.

In Christi Nomine amen. Anno a Nativitate eiusdem dni nri. Iesu Christi, Mill.mo quadring.mo quinquagesimo quarto, Indictione secunda, die uo martis octavo mensis Januarij. Actum Utini In Capite fori veteris sub portica domus solite habitationis et speciarie Leonardi de colloreto, presentibus m.o Venuto cerdone q. presbiteri thebaldi de Utino, m.o Ant.o falzario q. m.ri Christophori falzarij de Saporzis de Segnaco Utini habitante, et Iosepho filio Iacobi Carnelli de Clemona Utini habitantibus testibus adhibitis, vocatis, et alijs. Ibique Nob. vir ser Nicolaus olim dni Nob. q. Freschi de Cucanea Utini habitans, pro se, et suis ducatos Boni Auri, et Iusti ponderis centum quadraginta, quod totum

pretium ipse fuit contentus, confessus, et manifestus se
habuisse, et integre recepisse, ac sibi datum solutum, et
numeratum esse à Nob. viro D. Simone eius fratre quorum
dicti D. Freschi de Cucanea, exceptioni sibi non
dati, non soluti, non traditi, non numerati non habiti, et
in se non recepti dicti totius pretij tempore huius contractus
omnibusque alijs suo legum, et iuris tam communis quam
civilis auxilio cum quo, vel quibus se à contentis,
vel aliquo contentorum in presenti instrumento modo aliquo,
sive causa tueri, vel deffendere posset iure Ro.anorum [?]
iure libero, et proprio, per se suosque heredes dedit,
vendidit, et tradidit predicto Nob. viro D. Simoni
fratri suo ementi, et recipienti pro se, ac vice, et
nomine Nob. Iuvenis D. Jacobi eius nepotis, et
filij olim Nob. D. Ioannis eorum venditoris, et
emptoris fratris ipsorumque heredum, vel cui suos [?]
quod dare voluerint Terrena subscripta cum
omnibus eorum Iuribus, et pertinentijs, et p.o
dn. Unum Terrenum situm in villa de Buegnins [?]
rectum D. Zannutto q. Antonij dicti Zimarut [?]
de ipsa villa, pro quo solvit annuatim certum
affictum, ut paret, et continetur quaterno affictuum
dicti venditoris. Item unum aliud terrenum
situm in Ronchis sub faedis rectum D. Demete [?]
de eadem villa, pro quo solvit annuatim certum

Affictus, ut constat quaterno ipsius Venditoris. Item
unum aliud terrenum situm In dicta villa de Ronchis
rectum per Leonardum habitantem In Ronchis filium
Simonis dicti Soy de magredis, pro quo soluit annuatim certum affictum, ut scriptum est In quaterno dicti
Venditoris. Ad habendum, tenendum, possidendum, dandum,
donandum, vendendum, et obligandum, alienandum,
permutandum, In solutum dandum, pro anima, et corpore
Judicandum, et quicquid dicto Emptori pro se, et
dicto nomine suisque heredibus, vel cui Ius suum dederit
deinceps melius, et utilius perpetuo placuerit faciendum
sine condictione, vel Impedimento suprascripti venditoris,
eiusque heredum, et alterius cuiuscumque persone, cum
omnibus, et singulis sedimminibus, domorum, curijs,
Arijs, ouilibus, stalis, ortis Bararzijs, campis,
Braydis, plantis, vitibus, arboribus, pratis,
Syluis nemoribus, pratis, Vijs, semitis, fossatis,
pascuis, communanijs, Aucupationibus, venationibus,
Aluuionibus, aquis aquarum ductibus siue conductibus, terris cultis, et Incultis, maserijs,
mictis, intratis, et exitibus suis usque In vias
publicas, atque cum omnibus, et singulis, que
dicta terrena supra vendita habent super se
supra se, Intra, seu Infra se, In Integrum, omnique
Iure, et actione, usu, seu requisitione omnium,

honore, comodo, et utilitate dicto venditori, et predictis terrenis venditis, vel pro eis, sive ipsorum parte, seu dictis terrenis venditis, et juribus bonis modo aliquo spectantibus et pertinentibus, tam de jure, quam de facto, Constituens se predictus venditor ipsa terrena vendita nomine dicti Emptoris possidere, donec de his tenutam intraverit, et possessionem acceperit corporalem quam accipiendi, et in se auctoritate propria retinendi deinceps eidem Emptori, licentiam omnimodam contulit, atque dedit. Promittens insuper dictus venditor per se, suosque heredes, et cum obligatione omnium suorum bonorum mob. et immobilium presentium, et futurorum, refectionesque damnorum omnium, et expensarum litis, et etc. solemniter se obligando dicto Emptori stipulanti, et recipienti pro se, suisque heredibus, vel cui jus suum dederit sive inde stipulationibus solemnibus intervenientibus de ipsis terrenis suis venditis, vel aliqua eorum parte, sive jure litem, vel questionem aliquam non facere, vel movere, nec moventi, seu facere volenti consentire, sed magis dicta terrena supra vendita cum suis juribus, et pertinentiis tenutam, et possessionem dicto Emptori suisque heredibus, vel cui jus suum dederit in jure legitime

deffendere, manutenere, authorizare, varentiare, et in solidum disbrigare ab omni homine communi, ecclesia, universitate, et persona qualibet impediente. Ratasque sic factas venditionem, dationem, traditionem, pretij solutionem, et receptionem, omniaque alia, et singula in hoc instrumento contenta, firmas, ratas, et gratas, ac firma, rata, et grata perpetuo habere, tenere, observare, et adimplere, et non contrafacere, dicere, vel venire per se, vel alium, sive alios aliqua ratione, sive causa, dolo, malo ingenio, sive fraude, de iure vel de facto sub pena dupli eius de quo lis, sive questio moveretur, minus quinque sct. verorum partium in singulis huius contractus capitulis in solidum stipulata, et promissa, qua pena soluta, vel non, presens nihilominus instrumentum, et omnia in eo contenta in se perpetuam obtineant roboris firmitatem,

Et Ego Antonius à Fabris q. Philippi de Vino publicus Imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus simul cum testibus suprascriptis presens fui, eaque omnia sic fieri vidi, et audivi, scripsi, et publicavi, et in hanc publicam formam reddegi, appositis hic signo, nomine meis consuetis ad premissorum fidem rogatus, et requisitus, etc.

Locatio terreni d. mōt fiet

· 1 4 5 8 ·

In Christi Nomine amē. Anno Nativitatis eiusdem
domini nri Jesu xpi, Millesimo quadringentesimo,
quinquagesimo octavo, Indictione sexta die uo xxiiij.
augusti. Actū In Faedis In Plathea Inferiori sub
Logia, presentibus prudentibus viris ser Nicolao q. ser
Mathiussij de Zuccho, ser Franc.o q. ser Christophori
de cuchanea, Ludovico q. Vitalini de purcileis
nunc Commorante in faedis, Joanne q. Mideij de
Faedis testibus ad hec vocatis, et Rogatis. Ibiq.
Nob. ser Simon q. Nob. ser Freschi de Cuchanea,
Tutor et Gubernator Nob. Juvenis ser Jacobi eius
nepotis filij q. ser Joannis sui Fratris, dedit,
Locavit, et affictavit Henrico fabro habitanti in
Faedis stipulanti, et recipienti pro se, et suis
heredibus, aut cui hoc Jus suū dare voluerit.
Unum terrenum dicti ser Jacobi situm in faedis,
qui dicitur nunc mont fiet Iuxta Nob. ser Nicolaū
testem supradictum, Iuxta ser Nicolaum fiem dicti
Locatoris, cum omnibus, et singulis suis Iuribus
et pertinentijs, donec Idem ser Jacobus perve=
nerit ad etatem Annorum viginti quinque. Ad haben=
dum, tenendum, possidendū, gaudendum, usufruc=
tuandū, solvendo tamen annuatim frumenti
stariū unum, vini congia duo ad mensurā

affictus et nil aliud alicui persone. Hoc tamé pacto, et solénibus stipulationibus hinc inde intervenientibus firmato inter dictas partes, videlicet, q dictus locator, vel dictus Ilus eiusq heredes, aut cui Jus suum dare voluerint, donec Idem Ilus ad etatem pervenerit supradictam, nō possit, nec valeat dicto Conductori, eiusq heredibus, aut cui Jus suum dare voluerit, accipere, seu pro usu suo, seu Causa alteri locandi, ipso tamē conductore, seu heredibus suis solventibus affictum suprascriptū. Item promisit dictus Conductor, et se obligavit dictum terrenum tenere in ordinē, et plantare singulo anno Arbores cum vitibus quinquaginta, donec sufficienter, et Integraliter erit plantatum. Item promisit suprascriptus Conductor super dicto terreno construere unā domū sex passuum longam, salvo sibi, suisq heredibus legitimo Impedimento. Insuper dictus locator pro se, et Jacobo eius nepote promisit dictam locationem manutenere, deffendere, et disbrigare ab omni homine, cōi, collegio, et universitate, ipsumq Conductorē, suosq heredes, aut cui Jus suum dare voluerit deffendere occōne p.te locationis, ac omnia, et singula in ea contenta firma, et rata habere, tenere, attendere, observare, et adimplere, et nō contrafacere, dicere, vel venire

per se, uel aliu, sive alios rone aliqua, colo Ingenio sive Causa de Iure, uel de facto sub pena dupli eius de quo q[ue]stio moveretur minus quinque sol. veron. pro q[uo]q[ue] in singulis capitulis huius contractus contin[en]ti, qua pena soluta, uel non, et cons[eq]uendum, ea om[n]ia Incogitenta nihilominus perpetuam obtineat firmitatem.

Et Ego Ant[oni]us filius olim q. Pauli decani de Nimo publ[icus] Imp[er]iali auct[orita]te not[ariu]s, de comissione mihi facta p[er] Mag. et cl[arissi]mum Ordinum Angelum Ortalonico Loc[umtene]n[t]e Patriae fori Julij, pro ut Inveni In notis olim q. Ioannis olim m[agist]ri Iacobi de Fagnnea ultimi habitu[m] publicavi, signo, nomineq[ue] meis apposuit, consuetis In fidem et testimon[ium] singulorum om[n]ium comissorum.

.1433.

Procuratorium.

IN Christi Nomine amen. Anno à Nativitate eiusdem domini nostri Jesu Christi, Millesimo, quadringentesimo vigesimo tertio Indict[ione] undecima, die vigesimo tertio mensis Januarij. Actum Utini In mercato veteri In statione domus habitationis m[agist]ri Iacobi Zuzicij olim pem[?] de Saliona, presentibus ibidem ipso m[agist]ro Iac[ob]o Zuzicho, Fiserlo Balisterio olim Christophori de bistossin, et michaele Archario olim Bartholomei bladi

Archarij testibus ad hec vocatis, specialiter, et Rogatis.
Ibique Nob. viri D. Odoricus, et D. Simon Fres, et Filij quondam
Nobilis viri D. Freschi de Cucbanea Utini habitantes,
omnibus melioribus modo, via, et forma, ac tenore quibus
melius sciuerunt, et efficacius potuerunt, tam de Iure,
quam de consuetudine, Fecerunt, constituerunt, crearunt,
et ordinauerunt Nobiles viros D. Ioannem, et D. Nicolaum
eorum fratres, ibidem presentes, et acceptantes, et quemlibet
ipsorum In solidum. Ita tamen quod occupantis conditio
potior non existat, sed quod unus ipsorum Inceperit,
alter valeat mediante prosequi, et finire, eorum, et
cuiuslibet ipsorum veros, et certos nuntios, actores, facto=
res negotiorum suorum gestores, et legitimos procuratores,
et quicquid melius, et dici possunt, Hoc non dicti
D. Ioannes, et D. Nicolaus fratres unus alterum,
et alter alterum se Inuicem omnibus melioribus modo,
via, Iure, et forma, quibus melius sciuerunt, et
efficacius potuerunt, tam de Iure, quam consuetudine
Fecerunt, Constituerunt, crearunt, et ordinauerunt
eorum, et cuiuslibet ipsorum veros, et certos nuntios,
actores, factores, negotiorum suorum gestores, et
legitimos procuratores, et quicquid melius esse,
et dici possunt, specialiter, et expresse ad comparendum
coram quocumque Domino Iud. Ecclesiastico quam seculari,
et specialiter coram R.do In Christo Patre et Ill.mo D.

Abbate sextene ad petendum, et se dicto nomine Investiri faciendum omnia, et singula Bona Pheudalia cuiuscumque conditionis, et generis sint, et ubique locorum situata sint, et que habet, et dicti maiores, et predecessores habuerunt, tenuerunt, et recognoverunt in Pheudum. Item ad prestandum Iuramentum fidelitatis, et omnia alia, et singula faciendum, que quilibet Vassallus suo vero domino facere debet. Promiseruntque dicti constituentes, et unus quisque ipsorum per se, suumque heredes, et cum obligatione omnium suorum Bonorum mob. et Immobilium, presentium, et futurorum refectioneque Damnorum omnium, et expensarum litis et extra se perpetuo firmum, Ratum, et gratum habituros omne, et totum, et quicquid per dictos suos procuratores, et quemlibet ipsorum dictum factum, gestum, et quomodolibet procuratum fuerit In premissis, et circa premissa, obligando ad hec omnia suos bona, praesentia, et futura.

Et Ego Matthieus fil. m. Iac. pellizarij de Utino Aquilegiensis dioc. pub. Imperiali auctoritate notarius omnibus, et singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus presens fui, eaque rogatus scribere fideliter scripsi, et In hanc publicam formam reddegi, signo, et nomine meis appositis consuetis In fidem, et testimonium omnium, et singulorum premissorum.

Ego Iacobus filius honorandi viri Franc. Clapici de Utino

pub.s Imperiali aut.te not.s suprasto Instrum Requisitus &c authenticis transcripsi, et accoptavi nil penitus addendo vel minuens quod sensum mutet, vel variet Intellectum, Ideo manu propria me subscripsi, signumque meum apposui consuetum In fidem, et testimonium, etc.

Inuestitura D. Thome, et fratrum, et aliorum consortum de Freschis de Cucharnea.

IN Christi noie amen. Anno ab eiusdem Natiuitate, Millesimo quingentesimo, vigesimo septimo Inditione xv.ma die uigesimo octauo mensis Aprilis. Actum Utini In Castro residentia prescripti Cl.mi Dni. Locumtenentis, presentibus Egr.o D. Seraphino Bugatto Causidico Utini, et D. Franc.o de pace Vincentino Capite Bombardeciorum Utini habitantibus testibus, et alijs vocatis etc. Ubi Coram Magnifico, et clar.mo Domino Laurentio de Priolis Equite, et Ill.mo et Ex.mo Dni. D. Venetiarum etc. Patriae fori Julij Loc.te Dig.mo Comparuerunt Nobiles Domini Thomas, odo=ricus, et Freschus fratres q. Nob. Dni Joannis de Freschis de Cucharnea agentes nomine suo, ac Dni Thiberij et frãs sui absentis, Nec non Nob. D. Jac.s q. D. Franc.i de eadem familia de Freschis de Cucharnea consanguinei agens noie suo proprio, ac D. Joannis, et Simonis fratrum suorum absentium, et exposuerunt eorum Genitores precedentibus Annis ipsis exponentibus minoribus existentibus, licet adhuc non sint facti maiores, ab hoc seculo migrasse, qui plura Bona Pheudalia tenebant, et possidebant que ad ipsorum exponentes, et fratres, uti filios, et heredes pervenerunt

Requirentes propterea Instantissime per Eius Magnificentiam de omnibus Pheudis suis Antiquis, et que sui progenitores, eiusque consortes superioribus temporibus fuere recti, et antiqui, ac Legalis Pheudi tenuerunt, recognoverunt, et fuerunt ab Ecclesia Aquilegiensi, et successivis temporibus à d.mis D.nis Locumtenentibus, et Primo de Castro Cucanea cum Burgo, et quicquid habent circumcirca dictum Castrum, et cum villa Faedis, et cum domibus, et diminibus Domorum, hortis, curijs, Campis, pratis, sylvis, vineis, et cum piscationibus, ac venationibus, et de toto eo, quod habent In Canali de Oracco. Item de Castro de Pretistagno cum Burgo suo, et cum eo omni, quod habent Circum circa dictum Castrum, cum Domibus, et diminibus Domorum, hortis curijs, Campis, pratis, Sylvis vineis, et cum piscationibus, et venationibus. Item de omnibus Bonis, que ipsi Consortes habent In villa de Ronchis, et In villa de Pogliana, et in villa de Lauzacco, Item de certis Mansis situatis In villa de Ziracho. Item de Castro de Zucco, cum omnibus Bonis, Campis, terris, vineis, et cum omnibus, et singulis Iuribus, Iurisditionibus, honoribus, praeheminentijs, Dominio, et Garitu de ipso Castro, et villis, ac de Bonis quibuscumque pheudalibus

quocumque modo spectantibus, et pertinentibus, cum illis oneribus, et grauaminibus, et eo Jure recti, et Antiqui Pheudi, cum quibus sui antecessores hactenus fuerunt Inuestiti. Item de Castellario Oramenzani cum omnibus suis Juribus, et pertinentijs, pro ut, et sicut In alijs Inuestituris q. domini Fratri constat esse Inuestitum, et generaliter de omnibus alijs bonis Particularibus pheudis, tam nouis, quam Antiquis, et non communibus cum illis de Zuccho, cum =

chanea Partistagno, et Valuasono, tam recognitis, quam non recognitis, si que reperirentur, de quibus quandocumque habuerint notitiam, se offerunt illam daturos. qua quidem petitione audita, et bene intellecta, clarissimus Dominus Locumtenens antedictus, volens dictorum Nobilium Fratrum, et Consortum iuste requisitioni satis= facere, cognita fide dictorum supplicantium, et totius Familie erga Illustrissimum Dominium, et habita in pre= missis matura consideratione. Eundem dominum Thomam nomine suo, et fratrum suorum, tam ibi presentium, quam absentium, Nec non nomine Filiorum quondam domini Francisci, et ... Consortum, et ... Jacobo tantum presente, Coram eius Magnificentia genibus flexis consti= tutum, et humiliter nomine ut supra Recipientem per Annuli Aurei In illius digito Impositionem, De omnibus, et singulis Bonis, Castris, villis, Jurisdic= tionibus, et bonis Pheudalibus predictis tenendo cuiuscumque legitime, solemniterque Inuestiuit, et iure recti, et legalis Pheudi, pro ut antecessores

qui de eis investiti fuerunt, cum omnibus suis Iuribus, honoribus, et oneribus, et grauaminibus, cum quibus sui praedecessores, et Auctores dicta Bona hactenus tenuerunt, et cognouerunt, ac possiderunt ab Ecclesia Aquilegiensi, et successiue à clarissimis locumtenentibus, qui pro tempore fuerunt, saluo tamen semper Iure superioritatis Ill.mi Ducalis dominij Venetiarum, et quarumcumque personarum, praestito ibidem debito Iuramento fidelitatis, et vassallagij fidem dominum Thome nomine suo, et fratrum, et praedictorum suorum Consortium, Mandans de praemissis publicum fieri documentum sigillo maiori Diui Marci corroborandum, etc.

Georgius Pigocinus Notarius ordinarius Cancellariae Ducalis, quia praemissis Interfui, et publicaui, Ideo In fidem, facta prius auscultatione cum originali subscripsi

Libo de Invesizure d.mi Zuane et freschia et Andrea 1585

Acquisto 1881.